A 5

Es de la Libreria del Co-
legio de Sn. Alberto de la
Ciudad de Sevilla.

Lo dio Fr. Joseph Esca-
milla

ARTIS RHETORICÆ cõpendiosa coaptatio, ex Aristotele, Cicerone & Quintiliano. Antonio Nebrissense concinnatore.

Tabulæ de Schematibus & tropis, Petri Mosellani.

In rhetorica [redacted]. auctoris damnati

In Eras. Rot. libellũ de duplici Copia.

Eiusdem dialogus Ciceronianus: siue de optimo genere dicendi.

Compluti

1529

¶ Michael Eguia typographus Rhetorices candidatis in Complutensi Acamia. S.

Est mea quoq; lætitia iusta, ac nō uulgaris, ꝙ ui deo plane humaniorū literarum, & eloquētiæ studia, q̄ sola in hac florētissima academia nō tāto ope re clara, ac celebria erant, cū reliquæ oēs bonæ artes, ac disciplinæ pfectæ sint, ac summū decus, & splēdorē ob tineāt, in dies magis ac magis uigere, īualescere, et pro uehi. Et nūc maxime ab hinc paucis diebus, ex quo fau stis auspicijs, triligue collegiū fundatū, atq; erectū est. quod solis linguis excolendis, & eloquentiæ exercēdæ est destinatū. In quo mire apparet nostratiū ingeniorū indoles, & incredibilis horū studiorū cupiditas, à qui bus uidebantur abhorrere: & tanti iam, tam læti fru ctus fiunt, ut speremus breui futurū, ut hæ lr̄æ quoq; cum alijs inter nostros parē celebritatē, & gloriā asse quantur. quo quidē nihil reliqui sit, quo alijs nationi bus, qui hanc palmam nobis præripuerant, simus infe riores. Qua in re ex affectu, quo esse debeo in nostros, ac p̄cipue in hoc gymnasiū Cōplutēse, excitatus ego sum, ut ad horū studiorū profectū, pro parte mea, & excu dēdi libros industria aliquid conferrē. Et incepi à mini mis meū hunc animū iuuandis eloquentiæ studijs p̄me ferre. itaq; Antonij Nebrissensis rhetoricā ædidi quā ille

ille ex præstantissimis huius artis autoribus summo cū delectu, nitore, ac ꝑspicuitate. & quā fieri potuit, breuitate collegit. quæ quidē gemina gratia poterit placere, & ꝙ omnia artis dicendi præcepta cōplexa est, & ꝙ uelut breuiarij uice studiosis erit, quo, q̄ ab alijs scriptoribus uarie, ac diffuse tradita sunt, teneant, & hinc proferre statim, cum usus postularit, possint. huic aūt adiunximus breuē Petri Mosellani uiri eruditissimi, et emūcti, ac elegātis ingenij, & facūdiæ, de figuris tractatū, qui ad elocutionē, q̄ est p̄cipua huius artis pars pertinet, quæq; in prōptu maxime esse debet. Connexi-mus præterea Erasmi dialogū Ciceronianū, hoc animo, ut postquā rhetorices cādidati oīa artis præcepta, uelut innumerato tenuerint atq; uarijs gratisq; coloribus orationē & uariare & ornare didicerint, nō ignorēt quos sibi imitādos, ex tā uario scriptorum genere, proponāt, ut enim in initio sunt optima quæq; addiscēda: ita & purus, tersus, & elegās stilus statim erit imbibēdus. Quod omne rhetorices cādidati, in uestrā gratiā, & utilitatē cū sit laboratū, gratis animis accipite, & expectate in dies uberiora, quæ uobis ego bona fide polliceor. Valete, & proficite.

Prologus.

¶Ad clæmētissimū in Christo Iesu patrem ac illustrissimum dominū do. Frācíscū Simoni dē. S.R.E. Cardinalē Hispanień. &c. Aelii Antonii Nebrisseń. in Cōpluteń. gymnasio artis rhetoricæ professoris pręfatio, in eiusdem artis breuiarium ex variis autoribus collectum.

SOlus apud Platonē in eo libro qui de arte rhetorica Gorgias inscribitur: interrogatꝰ a Cherophonte quā artem profiteret̄: multę, inquit, artes & sciētiæ sunt in hominibus ex peritia perite adinuentæ. Peritia nāq; facit vitam nostram per artem, imperitia vero per fortunā, incedere. Cui sententię in magnis moralibus astipulatur Aristoteles. Vbi plurimū, inquit, est fortunæ, ibi minimum est artis & prudentiæ: atq; è contrario vbi plurimum est artis, ibi minimū est casus & fortunæ. Atqui, si vlla est ars in qua plurimum fortuna dominetur: ea nimirum est rhetorica. Est enim omniū difficillima: quippe cuius

cuius fructum possit percipere nemo: qui nō sit bonus vir: idemq; dicendi peritus. Nam quid difficili⁹ (vt ait Pittacus) quàm esse bonum virum? quid magis arduum, quàm vt psuadeas: copiose ornateq; dicere? Hinc est illud Aristotelis, quod iam trāsit in prouerbium, Virt⁹ moralis & ars intellectiua circa difficile versantur. Itaq; non sine causa, in oratore Cicero scribit, quosdam mirari solitos: quod in vno sæculo complures optimi poëtæ: atq; è diuerso in multis sæculis vix orator vnus tolerabilis sit repertus: cum præsertim ars dicēdi cōstet ex verbis triuialibus atq; protritis: & ex sententiis cōmuni omnium sensu receptis. Cui⁹ rei causa est in prōptu. Nam in eo excellere in quo æmulos non habeas: & eos vincere qui non repugnēt: nihil habet quod sit magnificum. At in eo in quod omnes manibus pedibusq; nituntur: quodq; per omnem vitam agunt, alios superare: non admirabile modo, verum etiam diuini cuiusdā operis munus est. Sed ad rem. Ars dicēdi tam &

si cunctis hominibus est ingenita: quem=
admodum & grāmatica & dialectica: omnes
enim emendate, argute, ornateq; loqui nitun
tur: Ars tamen & consuetudo perficit vt ea
quæ in nobis natura inchoauerat, ad sum=
mam reducantur. Sed eo rhetorica diffici-
lior est, quod eius materia longe lateq; pa=
tet: neq; illius amplitudinem potest vllis ter
minis coactari. Sed cum sint huius artis
libri complures à clarissimis autoribus,
græcis & latinis æditi: eoq; res deducta sit:
vt nihil addi posse videatur: nescio quo ta=
men modo, aliquid desideratur ad huc quod
sit adeuntibus rem tam arduam quasi opus
introductorium. Ad quod faciendum tu
me, Pater optime, identidem hortatus es: illa
opinor ratiōe ductus, vt in hoc pulcherrimo
totius orbis hispani, ne dicam terrarū gym=
nasio, eloquentiam cū sapientia iungēs: hanc
quoq; partem inhonoratam nō relinqueres:
ad quam exequendā hic meus labor non ni-
hil posset conducere. Sed post Ciceronem &
Quin

Quintilianum: qui nullum post se scribendi locum, hac de re, posteris reliquere: quid ego ausim in tantæ rei difficultate? Introductoriũ inquis, quale illud fuit: quod in latinas litteras ædidisti: magnáq; cum tua atq; nationis nostræ gloria, per omnes nominis latini gentes circunfertur. O ho, dispar ratio est illius atq; huius negotii. Illic habebam complures mei similes quos imitarer: hic paucos & q me lõgius ab imitatiõe submouerẽt. Illic sunt multa quæ possum mihi, vel peculiari quodã iure meo, vindicare: quæ prioribus fuerant incognita: atq; etiam posteris fortasse: nisi à me acceperint. hic vero quid ego inueniam: nisi quod est in ore omnium vulgóq; protritum. Illic præterea res erat mihi cum pueris literarum rudibus: hic vero cum viris & quidem eruditissimis: qui forsan, opinione quadam falsa, quam semel de me accepe-runt, aliquid egregium, nouum, admirabile, à me expectant. Quare ne mihi in hoc opere tale aliquid accidat, quale in illis intro-

introductionibus (fuerunt enim qui dicerēt me nihil bene dixisse, nisi in iis quæ ab aliis accepi: in cęteris vero aberrasse) nihil ex inge nio meo: neq; vnum quidē verbū apponam: nisi fortasse ad cōnectenda inter se artis pręce pta: ne quis possit me calūniari: ꝙ vetera atq; aliena ꝓ nouis meisq; vendo. Et ne quis falso de me existimet ꝙ sum orator: qa de arte ora= toria præcepta trado: sciat Ciceroni placuisse nihil esse facilius quā de arte scribere: nihil dif ficiliꝰ q̄ꝫ ex arte dicere. Quid igitur? queādmo dum ait Horatius. Fungar vice cotis, acutū Reddere quę ferrum valet exsors ipsa secādi. Vale.

Anacephaleosis operis.

De statu

¶ Finis.

Quod

❡QVINQVE RES IN qualibet arte eſſe neceſſarias. Caput.primum.



Vod in cæteris artibus quarum finis eſt aliqđ opus, vſu euenit:vt quinqꝫ propemodum res ſint neceſſariæ.ars,artifex, materia,inſtrumenta,finis. Id quoqꝫ in arte dicẽdi maiorem in modum exigi debet. Ars eſt per quam artifex operatur. Artifex eſt qui per artem operatur. Materia eſt:circa quã ars verſatur & artifex. Inſtrumenta ſunt: quibus opus ex materia perficitur. Finis eſt opus ipſum ab arte & artifice profectum. Eſto exempli cauſa,ars cælandi eſt,per quam cælator cælat. Aurum,argentum, æs ſunt materia circa quam cælator & ars cælandi verſantur. Cælum, lima, ſcobina, ſunt inſtrumenta

menta: quibus artifex in conformanda materia vtitur. Vas cælatum siue signum est finis in arte cælandi. Sed quia vt Aristoteles ait duo sunt genera finium: alterum opus: alterum operatio: & in cælatura quoqꝫ duplex potest esse finis: aut ipsum opus cælatum: aut bene cælare. Pari modo in arte dicendi opus est imprimis artificio: per quod artifex operetur, ea est rhetorice: quæ latine oratoria dici potest. Opus est etiam artifice: qui per artem operatur. is est rhetor, qui latine, orator. Opus quoqꝫ est subiecta materia, circa quam rhetor & rhetorica versentur. ea proprie est in triplici genere causarum. demonstratiuo, deliberatiuo, iudiciali. Opus est præterea instrumentis quibus operetur, ingenio videlicet, multimoda eruditione, animi præstantia, voce, latere, decore. Ad hæc opus est omnia superiora ad certum finem dirigere: is est oratio apte composita, siue benedicere ad persuadendum.

An rheto

An rhetorice sit ars: & quid sit, Cap. ii.

DVbitabit vero quispiam sit ne ars bene dicendi. Nam cum indocti & barbari & serui prosequuntur aliquid: dicunt simile principio, narrant, probant, confutant, & quod vim habeat perorationis, deprecantur. Ante Thysian, præterea & Coracem, primos artis inuentores, multi fuere deserti: qui, sola natura duce, perorarūt causas. Sed quod sit ars: cōfirmatur maximorum virorū autoritate: qui libros de arte rhetorica inscripserunt: essetq; indignum, si cum aliarū rerum quæ sunt minus dignę: sint artes ab hominibus excogitatæ: rhetoricē maximum atq; pulcherrimum opus: in tam sublime fastigium putemus sine arte peruenisse. Erit igitur non solum ars: sed, quemadmodū apud Platonem, Polus interroganti Cherophonti respondit, omniū artium pulcherrima. Rhetorica vero ab Isocrate, Gorgia, Theodecte, aliisq; cōpluribus, vis facultasq; persuadendi definitur. Sed & pecunia interdū psuadet, & gratia, & autoritas, & dignitas.

dignitas, & aspectus ipse sine voce. Persuadēt etiam verbis meretrices, adulatores, mēdici. Atq; ediuerso non semper orator persuadet. Apollodorus oratorem fortunæ subiicit: vt si non persuaserit: non sit orator. Aristoteles ab euentu excludit: cum dicit, rhetoricē esse vim inueniendi omnia in oratione persuasibilia. Celsus, rhetoricē non de veris sed de similibus veri, esse putat. Non enim, ait, bona cōscientia, sed victoria litigantis est præmium. Quod si verum esset: rhetorica pessimo cuiq; arma daret ad nocendum. Sit igitur rhetorices vera diffinitio, ars bene dicēdi. Nā & oratoris omnes partes cōplectitur & mores: cū bene dicere nō possit nisi bonus. In idem recidit Chrysippi sententia: cum dicit esse scientiam recte dicendi.

De artifice. Cap̄. iii.

SI igitur oratoria est ars recte dicendi, erit certe orator, quemadmodum à. M. Catone definitur, vir bonus dicendi perit9. Verū id quod ille posuit prius: & ipsa natura poti9

ac mai9

ac maius est: vtiq; vir bonus. Quod si vis illa dicendi, malitiam instruxerit: nihil sit publicis priuatisq; rebus perniciosius eloquentia. Ipsa quoq; rerum natura, in quo præcipue indulsisse homini videretur: quoq; nos à cæteris animalibus separasse: non parens sed nouerca fuerit: si facultatem dicendi sociam scelerum, aduersam innocentiæ, hostē veritatis inuenit. Mutos enim nasci: & egere omni ratione satius fuisset: quam prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Longius tendit hoc meum iudicium, nec enim hæc dico, eum qui sit orator virum bonum esse oportere: sed nec futurum quidem oratorem nisi virum bonum. Nam certe neq; intelligentiam concesseris iis: qui proposita honestorum ac turpium via, peiorem sequi malunt: neq; prudentiam: cum grauissimas frequenter legum, semper vero malæ conscientiæ pœnas à semetipsis, in prouiso rerum exitu, induantur. Quod si neminem malum esse nisi stultum eundem: non modo

à sapiē-

à ſapientibus dicitur: ſed vulgo quoq; ſem per eſt creditum: certe non fiet vnquam ſtul tus orator. Adde quod nec ſtudio quidem operis pulcherrimi vacare mens, niſi vitiis libera, poteſt. Primum quod in eodem pecto re nullum eſt honeſtorum turpiumq; cõſor tium. & cogitare optima ſimul & deterrima non magis eſt vnius animi, quàm eiuſdem hominis bonum eſſe & malum. Deinde quod mentem tantæ rei intentam, vacare om nibus aliis, etiam culpa carentibus, curis oportet. Præterea omnino orator id agit: vt auditori quæ propoſita fuerint: vera & ho neſta videantur. Vtrum igitur facilius hoc bonus vir perſuadebit, an malus? Bonus qui dem & dicit ſæpius vera atq; honeſta. ſed etiã ſi quando, aliquo ductus officio, falſo hęc af firmare conabitur: maiore cum fide neceſſe eſt audiatur. At malis omnibus, ex conceptu opinionis & ignorantia recti, nonnunquam excidit ipſa ſimulatio: frequẽterq; accidit: vt, his etiam vera dicentibus, fides nõ adhibeat.

De ma-

De materia rhetorices. Cap. iiii.

MAteria rhetorices (vt plures maximiq; hui9 artis autores tradiderũt) est omnis res, quæcumq; ad dicẽdum subiecta erit. Nam & Socrates, apud Platonem, dicere Gorgiæ videtur non in verbis esse materiam: sed in reb9. Et in Phædro palàm, nõ in iudiciis modo & in concionibus: sed etiã in rebus priuatis ac domesticis rhetoricẽ esse demonstrat. Et Cicero, quodam in loco, materiã rhetorices vocat res, quæ subiectæ sunt ei: sed certas demum putat esse subiectas. Aliubi vero de omnibus rebus oratori dicẽdum arbitratur: his quidem verbis. Quamquam vis oratoris professióq; ipsa bene dicẽdi, hoc suscipere ac polliceri videtur: vt omni de re quæcũq; proposita sit: ornate ab eo copioséq; dicatur. Atq; adhuc alibi. Enim vero oratori, quæ sunt in hominis vita (quãdoquidem in ea versatur orator: atq; ea est illi subiecta materies) omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debẽt. Dicet vero

quispiã:

quispiam: omnium igitur artium perit⁹ erit orator: si de omnibus ei dicendū est? Possem hic Ciceronis respōdere verbis: mea, inquit, sentētia nemo esse poterit omni laude cumulatus orator: nisi erit omnium rerum magnarum atq; artium scientiā consecutus. Sed mihi satis est, eius esse oratorem rei de qua dicit, non inscium. Neq; enim omnes causas nouit: & debet posse de omnibus dicere. De quib⁹ ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoq;, de quibus dicendum erit, interim discet: & de quibus didicerit: dicet. Quid ergo? non faber aut de fabrica melius, aut de musice musicus? Si nesciat orator quid sit de quo quæratur: planè melius. Nam & litigator rusticus illiteratusq;, de causa sua, melius quā orator qui nesciet quid in lite sit. sed accepta à musico, à fabro sicut à litigatore, melius orator, quàm ipse qui docuerit. Verum & faber cum de fabrica, & musicus cum de musica, si quid confirmatione desiderauerit, dicet: non erit quidē orator: sed faciet illud quasi orator.

Sicut cum vulnus imperit⁹ deligauit, nō erit medicus, sed faciet vt medicus. Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus putauit esse dicendum: vt se in auditoriis pateretur interrogari, qua de re vellet. Hermagoras quoq;, dicendo, materiam esse in causa & in quęstionibus, omnes res subiectas erat complexus. Sed quæstiones si neget ad rhetoricen pertinere: dissentit à nobis. Si autem ad rhetoricē pertinent: ab hoc quoq; adiuuamur. nihil est enim qđ non in causam aut quæstiones cadat. Aristoteles tres faciēdo partes orationis, iudicialem, demonstratiuam, deliberatiuā: penè & ipse oratori subiecit omnia. nihil enim non in hæc cadit. Nos vero dicamus materiam rhetorices propriam tria esse genera illa causarū: quæ primus omnium Aristoteles posuit: sicut cælaturæ, argentum, aurum, & electrum. versari tñ aliquando circa materiā, q̄ sit aliarū artiū ꝓpria: queēadmodū æris & ferri qua quidem vtuntur ærarius faber atq; ferrarius.

De instrumentis rhetoricæ. Ca. v.

Instru-

INstrumenta præterea sunt necessaria: sine quib⁹ formari materia: in id, qđ velimus effici, op⁹: nō pōt. Sed illa nō tā ad artē, quā ad artificē pertinent. Neq; eñ sciētia desiderat instrumētū: quę pōt esse cōsumata: ēt si nihil faciat. Sed illis opifex indiget: queadmodū cęlator cælo: & penicillo pictor. Sūt aūt instrumēta, partim diligentia nr̄a cōparata: partim naturalia, quāquā vtraq; ichoant̄ à natura: pficiunt aūt vsu & cōsuetudine. Itaq; cognitio rerū naturaliū, atq; earū rerū q̄ hominis, q̄ homo est ꝓprię sūt: Peritia quoq; iuriscíuilis atq; historiarū, instrumenta oratoris possunt appellari. Hęc arma habere ad manū: hoꝝ scientia debet esse succinct⁹: accedēte verborum figurarūq; facili copia: & inuētionis rōne: & disponēdi vsu: & memorię firmitate: & actionis gr̄a. Sed plurimū ex his valet animi p̄stantia: quā nec met⁹ frāgat: nec acclamatio terreat: nec audientiū autoritas vltra debitam reuerentiā tardet. Nā vt abomināda sunt cōtraria his vitia cōfidētię, temeritatis. īprobitatis,

 arrogā-

arrogantiæ: ita citra constantiã, fiduciã, fortitudinẽ, nihil studiũ, nihil ꝓfectus ipse ꝓfuerit: vt si des arma timidis & imbellib9. Verecũdia quidem vitiũ, sed amabile, quę virtutes facillime generet: dicimus esse interim aduersam, multisq; in eã fuisse: vt bona ingenii studii q; in lucem non prolata, situ quodam secreti consumerentur. Sciat autem: si quis hęc forte, minus adhuc peritus distinguendi vim cuiusq; verbi, leget: non probitatem à me reprehendi: sed verecundiã: quæ est timor quidam reducens animũ ab iis quę facięda sunt. inde confusio, & cœpti pœnitentia, & subitũ silentium. Quis porrò dubitet vitiis ascribere affectum: propter quem facere honesta pudetur? Neq; ego rursus nolo eũ qui sit dicturus solicitum surgere: & colorem mutare: & periculum intelligere: quę si non acciderent: etiam simulanda erant. Sed intellectus hic sit operis, non metus, moueamurq;, nõ concidamus. Optima autem est emendatio verecundiæ, fiducia, etiam quamlibet imbecilla frõs,

magna

magna conſcientia ſuſtinetur. Sunt & naturalia, quę tamen & cura iuuantur, inſtrumenta. vox, latus, decor, quæ quidem tantū valent: vt frequenter famam ingenii faciant.

De rhetorices fine. Cap. vi.

QVemadmodū iam inde ab initio dictum eſt, duplex eſt finis rhetoricæ. opus ad quod omnia artis præcepta diriguntur: idq; eſt oratio, ad id quod dicendum eſt, apte compoſita: vel potius apte dicere ad perſuadendum: etiam ſi non perſuadeat. Nam ſicut in rhetorices definitione diximus: multa alia ſunt quæ perſuadent: & tamen ad rhetoricam nō pertinent. Iſocrates rhetoricē vim perſuadendi opificem eſſe dicit. Cui aſtipulatꝰ Gorgias in Platonis dialogo: q Gorgiæ ipſius nomine de rhetorica inſcriptus eſt. ſed tādem à Socrate coactus, vim dicendo perſuadendi, finem rhetorices eſſe cōfitetur. A quo nō diſſentit Theodectes: ſiue ipſius id opus eſt: quod de rhetoricę nomine eius inſcribitꝰ, ſiue, vt creditū eſt, Ariſtotelis: in quo eſt ſcri

 ptum,

ptum, finem esse rhetorices ducere hoĩes di- cendo in id, quod orator velit. Cicero in hac parte sibi non satis constat: nam pluribus in locis scripsit, oratoris officium esse dicere ap- posite ad persuadẽdũ. In rhetoricis etiã quos sine dubio ipse nõ probat: finem facit persua dere. Quod si verum est: præstabit hunc sem per orator, semper em̃ bene dicet. Firmũ aũt hoc, quod opponitur aduersus eos, sit fortas se: qui persuadere finẽ putauerunt. Noster ora tor arsq; à nobis finita non est posita in euen tu: tendit quidem ad victoriã qui dicit: sed cũ bene dixit: etiã si non vincat: id quod arte cõ tinetur, efficit. Nam & gubernator vult salua naue in portũ peruenire. Si tamẽ tempestate fuerit abreptus: nõ ideo minus erit guberna- tor: dicetq; notum illud: dum clauum rectum teneam. Et medicus sanitatem ægri petit: si ta men aut valetudinis vi, aut intẽperãtia ægri: alioue quo casu summam non contingit: dũ ipse omnia secundum rationem fecerit: medi cinæ fine nõ excidet, Ita oratori bene dixisse

finis

finis est. nam est ars ea in actu posita: non in effectu. Quæ igitur de arte, artifice, materia, instrumentis, & fine rhetorices in genere di- cenda fuerunt: breuiter perstrinximus. Nunc partes illius prosequemur.

De quinq; artis rhetoricæ partib9. Ca. vii

QVinq; rhetoricæ partes oportet esse in oratore. Inuentionem. Dispositio- nem. Elocutionem. Memoriam. Pronuntia tionem. Inuentio est rerum uerarum aut ve- risimilium excogitatio: quæ causam reddant probabilem. Dispositio est ordo & distribu- tio rerum quę demonstrat: quid quibusq; lo cis sit collocandum. Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Memoria est firma animi re rum & verborum dispositionis perceptio. Pronunciatio est vocis, uultus, & gestus moderatio cum venustate. His quinq; par tibus vt plurimi maximique autores tra- diderunt: omnis orandi ratio constat.

Sermo namq; quo quidem voluntas aliqua enũtiatur: habeat necesse est & rem & verba. Ac si breuius est, & vna conclusione finitur, nihil fortasse vltra desiderat: at oratio lõgior plura exigit. Nam opus est in primis multa inuenire: ac deinde inuẽta suo quæq; loco disponere. Neq; tantũ refert quid & quo ordine dicamus: sed quomodo: opus est igiť elocutione. Sed neq; omnia quæ res postulat dicere: nec suo quæq; loco poterimus, nisi adiuuãte memoria, quapropter ea pars quarta erit. Verum hęc omnia corrumpit: ac propemodum perdit indecora vel voce vel gestu pronunciatio. Huic igitur necessario tribuendus est quintus locus. His adiecerunt quidam sextam partem: ita vt inuentioni subnecterent iudicium: quia primum esset inuenire: deinde iudicare. Ego porrò nec inuenisse eũ credo: q non iudicauit. Neq; enim contraria, communia, stulta, inuenisse dicitur quisquam: sed nõ vitasse. Et Cicero quidem in rhetoricis iudicium subiecit inuentioni. Mihi autem tribus

primis

primis partibus videtur esse permixtum. Nã neq; dispositio sine eo, nec elocutio fuerit: vt pronũtiationem quoq; vel plurimum ab eo mutuari putem. Quod hoc audaci9 dixerim, quod in partitionibus oratoriis, ad easdem, de quibus supra dictum est, quinq; peruenit partes. Nam cum dupliciter primũ diuisisset inuentionem ac elocutionem: res ac dispositionem, inuentioni: verba & pronuntiationẽ elocutioni dedit. Quintam cõstituit communem ac velut custodem omnium memoriam. Quod vero paulò ante dixim9 de iudicio, nõ modo inuentioni, sed aliis quoq; rhetorices partibus permixtum: nunc mea quidem opinione, latius adhuc patere videtur: vt ne à sententiis quidem ac verbis, saltem singulis, possit separari. Nec magis arte traditur: q̃ gust9 aut odor. Ideoq; nos quid in quaq; re sequẽdum cauendum'q; sit, docemus: vt ad ea iudicium dirigatur. Pręcipiam igitur ne, quod effici non potest, aggrediamur. vt contraria & cõmunia vitemus: ne quid in loquendo corruptum

ruptum obscurumq; sit referatur oportet ad sensus: qui non docentur. A iuditio non multum distat consilium: differunt tamen: quod aliud ostendentibus se adhibetur: hoc latentibus aut omnino nōdum repertis aut dubiis.

De inuentione, & primo de diuisione causarum secundum substātiā & secundū accidēs. Ca: viii

AD inuentionem quā diximus esse primam rhetorices partem, Quintilianus refert tria genera causarum. demonstratiuū, deliberatiuum, iudiciale. Ad eandem quoq; refert tres status causarum, coniecturalem, legitimum, iurisdicialem. Sex præterea orationis partes. Exordium, narrationem, diuisionem, confirmationem, confutationem, perorationem. De quibus singulis breuiter disserendum est: atq; imprimis de tribus causarum generibus, quas supradiximus esse rhetorices materiam propriā. Alioqui nihil est de quo non possit orator dicere. nam & conqueri potest, & consolari, & mitigare, & concitare. &

citare, & terrere, cōfirmare, præcipere, obscu-
re dicta interpretari, narrare, deprecari, gra-
tias agere, gratulari, obiurgare, execrari, de-
scribere, mādare, renunciare, optare, opinari,
& alia huiusmodi: quæ proprie in nullo triū
illorum generum continentur. Igitur gene-
ra causarum quæ recipere debet orator, tria
sunt: demōstratiuum, deliberatiuum, iudicia-
le. Demonstratiuum genus est: quod attri-
buitur in alicuius certæ personæ laudem aut
vituperationem. Deliberatiuum genus est:
quod positum in cōsultatione habet in se sua
sionem aut dissuasionem. Iudiciale est quod
positum in controuersia habet in se accu sa-
tionem, aut petitionē cū defensione. Sed hæc
diuisio causæ secundum illius substantiam fa
cta est hoc ē generis in suas formas: & forma
rū rursus in subiectas species. Est & altera cau
sæ diuisio secundū accidēs in q̄ttuor genera.
honestū, turpe, dubiū, humile. Honestū gen9
causę putat̄: cū aut id defendim9: qđ ab oīb9
defendendū videt̄, aut oppugnam9, quod ab
omni-

omnibus videtur debere oppugnari. vt pro viro forte cõtra paricidam. Turpe genus causæ intelligitur: cum aut honesta res oppugnatur: aut defenditur turpis. vt pro paricida cõtra virum fortem. Dubium genus est: quod habet in se partẽ honestatis & turpitudinis, vt si accusetur, aut defendatur adulter, qui tyrãnum occidit. Humile genus causæ est: cum res contemnẽda antefertur. Quintilianus addit quintum gen⁹, hoc est, admirabile: quod opponit̃ humili. hoc adoxon appellat: quod in nulla sit hominum opinione: illud paradoxon: quod sit admirabile, hoc est, præter hominũ opinionẽ, vt si velimus ostẽdere qđ nemo peccat nisi ignorãs. aut qđ nihil est bonũ nisi qđ sit honestũ. Proposita igit̃ aliqua causa. vł data oꝛone q̃ sit ex arte ꝑfecta: primo attendendũ est: quod sit genus causæ. puta oratio pro Milone: manifestũ est quod sit in genere iudiciali. & in eius generis specie altera: hoc est, defensione. tũ q̃rendũ est de causæ statu. nã tres sunt: queẽadmodũ statim dicemus.

Cum

CVm omnis causa aliquo statu contineatur: primo dicendum est, quid sit stat⁹: tum quot & qui sint status: quos Cicero constitutiones, vulgus iurisconsultorum, litiū cōtestationes appellat. Quæ non modo in genere iudiciali, sed in aliis quoqꝫ generib⁹ quæri debent: quemadmodum paulò post dicemus. Dictus est autem status: quod in eo sit primus causæ cōgressus, vel quod in hoc causa consistit. & nominis quidē hæc origo: nūc quid sit. Statum quidam dixerunt primā causarum conflictionem: quos recte sensisse: parum elocutus puto. non enim est status prima conflictio: sed quod ex prima conflictione nascitur. Vt si quis dicat: sonus est duorū corporum conflictio: erret opinor. nō enim sonus est conflictio: sed ex conflictione prouenit. Esto exempli causa: occidisti hominē, non occidi. non dum est status causæ: sed quęstio quæ soboritur: an occiderit. Vnde & à quibusdam quæstio, ab aliis caput est appellatum. Quod vero dictum est statum esse primam

mam causæ conflictionem: plærosq; in errorem induxit: qui crediderunt statum semper ex prima quæstione ducendum: quod est vitiosissimum. Nam quæstio nulla non habet vtiq; & statum. cōstat enim ex intentione & depulsione. Sed aliæ quæstiones sunt propriȩ causarum, de quibus ferenda sententia est: aliȩ adductȩ extrinsecus, aliquid tamen ad summam causæ conferentes: velut auxilia quædā. Quo fit vt in cōtrouersia vna plures quæstiones esse dicant. Porrò harū leuissima q̄q; primo loco fungitur. Namq; & illud frequēs est vt ea quibus minus confidimus, cum tractata sint, omittamus: interim sponte nostra velut donantes, interim ad ea quæ sunt potentiora gradum ex his fecisse cōtenti. Simplex autem causa, etiam si varie defendatur, nō potest habere plus vno de quo pronuncietur: atq; erit inde status causæ, quod & orator sibi præcipue obtinendum, & iudex spectādum maxime intelligit. In hoc enī causa cōsistit. Cæterum quæstionum status possunt esse diuersi.

uersi. Quod vt breuissimo pateat exemplo: cum reus dicit non occidi: cōiecturalis status nascitur. semper autem firmius est non fecisse. Itaq; statum esse in eo iudicabo quod dicerē: si mihi plusquam vnum dicere non liceret. Quod si re⁹ diceret, occidi, sed iure occidi: q̄litatis vtit̄ statu: estq; quęstio an iure occiderit. Recte igit̄ est appellata causarū prima conflictio: nō quæstionū. Sic in causa ꝓ Milone circa primas quęstiones: quæ sunt ante narrationē positæ, nō iudicabo cōflixisse causam: sed vbi totis virib⁹ insidiator Clodi⁹: ideo quoq; iure interfect⁹ ostenditur. Et hoc est q̄d ante omnia cōstituere debet orator: si ꝓ causa plura dictur⁹ est: qd maxime liquere iudici velit.

De triplici causarū statu Cap̄. x.

STat⁹ causarū alii plures, alii pauciores esse dixerūt. Cicero tres ponit. cōiecturalē, legitimū, iurisdicialē. Cōiecturalis ē: cū de facto cōtrouersia ē. vt occidisti, nō occidi. hic de facto q̄rit̄: q̄d per cōiecturas tm̄ asseq possum⁹ vnde & coniecturalis dictus: cognominatur

quoq;

quoq; inficialis ab, eo quod reus negat id qđ actor intendit. Legitima constitutio est: cum ex scripto aliquid controuersiæ nascitur. Ea diuiditur in partes sex. in scriptum & voluntatem siue sententiam. In contrarias leges. In ambiguum. In definitionem. In trāslationē. In ratiocinationem. Ex scripto & sentētia nascitur controuersia: cum videtur scriptoris voluntas cum ipso scripto dissentire. Ex contrariis legibus controuersia constat: cum alia lex iubet aut permittit, alia vetat quidpiam fieri. Ex ambiguo controuersia nascitur, cum res in vnam sententiam scripta, duos aut plures sensus significat. Ex definitione constat causa, cum in cōtrouersia est: quo nomine factū appelletur, puta furtum an sacrilegiū, parricidium an homicidium. Ex trāslatione constitutio nascitur: cum aut tempus differēdum: aut accusatorem mutandum: aut declināndos iudices reus dicit. Ex ratiocinatione controuersia constat: cum res sine propria lege venit in iudicium: quæ tamen ab aliis legibus similitudinem

-situdinem aucupatur. Iurisdicialis cõstitutio est, cum inter actorem et reum de facto cõuenit, sed iure an iniuria factũ sit, quæritur. Eius constitutionis partes duæ sunt, quarum vna absoluta, altera assumptiua nõiaf. Absoluta est cum id ipsum quod factum est, vt aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicemus. Ea est huiusmodi. occidisti? occidi. hic factum, nihil extra sumẽdo, iure, ęquitate, defenditur. Assumptiua pars est, cũ perse defensio infirma est: sed assumpta ex cõtraria re, cõprobatur. Assumptiuæ partes sunt quatuor, cõcesio, remotio criminis, trãslatio criminis cõparatio. Concessio est cũ reus postulat sibi ignosci. Idq; aut purgãdo se, quod non consulto fecerit: sed aut per fortunam, aut per imprudẽtiã, aut per necessitatẽ. Aut deprecando cum & peccasse se cõsulto reus fecisse confitetur & tamen postulat vt iudex sui misereatur Ex remotione criminis causa constat: cum à nobis non crimen, sed culpam ipsam amouemus & vel in hominem vel in rem quampiã

cōferimus. Ex translatione criminis causa cō stat, cum fecisse nos non negamus, sed aliorū peccatis coactos fecisse dicim⁹, vt Orestes cū se defendit, in matrem confert crimē: quod illa patrem occiderit. Ex comparatione causa constat cum dicimus necesse fuisse alterutrū facere: & id quod fecerimus satius fuisse facere. Quę igitur constitutiones, & quae constitutionum partes sint, satis videor ostendisse.

De ratione, iudicatione & continenti. C.xi.

IGitur reperto causę statu, ratio quaerenda est. Ratio est quae causam facit & continet defensionem. hoc modo. Orestes cum fatet se occidisse matr, nisi attulerit facti rationē, peruertit defensionem. Ergo affert eam: quae nisi intercederet, nec causa quidē esset. Illa enī inquit, patrem meū occiderat. Ergo vt osten di, ratio ea est quae continet defensionem, sine qua nec parua quidem dubitatio potest remorari damnationem. Inuenta ratiōe, firmamentum quaerendum est: id est quod accusationem

tionem continet: & quod affertur contra rationem defensionis, de qua ante dictum est. Id cōstituetur hoc modo. Cum visus fuerit Orestes ratiōe, hoc pacto, iure occidi, illa enim patrem occiderat: vtetur firmamento accusator hoc modo. Sed nō abs te occidi, neq; in dem natam debuit. Ex ratione defensionis & ex firmamento accusationis, iudicii quæstio nascatur oportet, quam nos iudicationē, græci crinomenon appellāt. Ea constituetur ex coniunctione firmamenti & rationis defensione, hoc modo. Cum dicat Orestes se patris vlciscendi causa matrem occidisse, rectum ne fuerit à filio sine iudicio Clytemnestram occidi. Ex hac ratione iudicationem reperiri conuenit. Reperta iudicatione, omnem rationem totiꝰ orationis co'conferri oportebit. In omnibus constitutionibus & partibus constitutionū hac via iudicationes reperient̃ præterquàm ī cōiecturali cōstitutione. Nā in ea nec ratio q̃re fecerit quærit̃, fecisse enim negatur, nec firmamētū exq̃rit̃: qa nec subest ratio. Quare ex intētiōe

& ex inficiatione iudicatio constituitur, hoc modo. Intentio est, occidisti aiacem. Inficiatio, non occidi. Iudicatio, occiderit ne. Ratio omnis vtriusque orationis, vti ante dictum est, ad hanc iudicationem conferenda est. Si plures erunt constitutiones aut partes constitutionū: iudicationes quoque plures erūt in vna causa, sed omnes simili modo reperiētur. Sed ea quæ de statu, ratione, indicatione & continenti dicta sunt: vidētur ad iudiciales tantum materias pertinere: quorum inscitiam cum omnia tria genera fuerimus executi, res ipsa deprehendet. Nam cum omnis causa posita sit in controuersia, necesse est, ex statu suboriatur quæstio generalis: puta in genere demonstratiuo: siquis Vticēsis Catonis laudandi prouinciam susceperit: Cæsar qui in illum duos anticatones scripsit: vituperandum esse potius dicat. Maxima quęstio ex statu suboritur, an Cato sit laudādus. Atque in deliberatiuo rursus, siquis suadere velit bellum in Mauritanos gerēdū: alius vero dissuadeat: summa

quęstio

quæstio erit an bellū in illos sit gerendū. Q\[illegible\] si rursus aduersarius admittat, gerendum, sed non hoc tempore, aut tānto apparatu, aut tali genere, aut sub illo duce belli, alii essent status causarum, proinde aliæ quæstiones.

De sex orationis partib9. Cap̄. xii.

INuētio, inquit Cicero, in sex oratiōis partes consumitur. In exordium, narrationē diuisionem, confirmationem, confutationē, & conclusionem. Exordium est principium orationis per quod animus auditoris aut iudicis constituitur vel pręparatur ad audiēdum. Narratio est rerum gestarum, aut proinde vt gestarum expositio. Diuisio est per quā aperimus quid conueniat, & quid in controuersia sit: & per quam exponimus quibus de rebus sumus dicturi. Confirmatio est nostrorū argumentorum expositio cum asseueratione. Confutatio est cōtrariorū locorū dissolutio. Conclusio est artificiosus orationis termin9. Fuerunt & clari quidem autores: quibus solum videretur oratoris officiū, docere. Nāq;

& affectus duplici ratione excludendos puta-
bant. Primum quia vitium esset omnis animi
perturbatio. Deinde quia iudiciū a misericor-
dia vel ira, similibusq; deffecti non oporteret
nec voluptatem audientium petere: cum vin-
cendi gratia tantum diceretur: nō modo agē
ti superuacuū, sed etiam vix dignū viro arbi-
trabant. Plures vero q nec ab illis sine dubio
partibus orādi rationē submouerunt: hoc ta-
men atq; præcipuū crediderunt opus sua cō
firmare: & quæ ab aduersario proponerentur
refutare. Hoc in loco videtur commodissime
tractari posse quæstio illa, sit ne oratori licitū
fallere iudicem in persequendis litibus, aut se-
natorem incōsultationibus, aut in cōcionib9
populū, atq;, pro communi omnium vtilita-
te, aliquando mentiri. Quod si orator est vir
bonus dicendi peritus, quid turpius & bono
viro indignius quàm ob vllā causam menti-
ri? Atqui si hoc aliquando non liceret: qui de
arte rhetorica scripserunt: non de coloribus,
de confesso, & de difficilū causarū defensione
præcep

præcepta tradidissent: nisi aliquando vis & facultas dicēdi expugnaret ipsam veritatē. Quibus ego cum de arte primum respōdero: etiā pro viri boni officio, si quando eū ad defensionem nocētium ratio duxerit, satisfaciā. Pertractare enim quomodo aut pro falsis: aut pro iniustis aliquando dicatur: non est inutile, vel propter hoc solum vt ea facilius & deprehendamus & refellam9: quemadmodum remedia meli9 ad hibebit, cui nota quæ nocēt, fuerint. Neque enim Academici cū in vtramq; disserunt partem: non secundum alteram uiuunt. Neq; Carneades ille qui Romę, audiēte Cēsoriuo Catone, nō minoribus viribus cōtra iusticiam dicitur disseruisse, quàm pridie pro iusticia dixerat, iiustus ipse vir fuit. Verum & virtus qd sit aduersa ei malicia detegit: & æq̄tas fit ex iniqui contemplatione manifestior: & plurima contrariis probantur. Debent ergo oratori sic aduersarioꝝ nota esse cōsilia: vt hostiū imperatori. Verū & illud qđ prima ꝓpositione durū videtur, potest afferre ratio: vt

in defensione causę velit auferre iudici verita-
tem. Quod siquis a me proponi mirabitur:
quanquā non est hæc mea proprie sententia:
sed eorum quos grauissimos sapientię magi-
stros ætas vetus credidit: iudicet plæraqꝫ esse
quæ non tam factis quàm caussis eorū vel ho-
nesta fiant, vel turpia. Nam si hominem occi-
dere sæpe virtus, liberos necare non nunquā
pulcherrimum est: asperiora quædam adhuc
dictu, si cōmunis vtilitas exegerit, facere cō-
ceditur. ne hoc quidem nudum est intuendū
qualem causam vir bonus: sed etiam quare &
qua mente defendat. Ac primum concedant
mihi omnes oportet, quod Stoicorū quoqꝫ
asperrimi confitentur: facturū aliquando bo-
num virum vt mendacium dicat: & quidem
nonnunquā leuioribus caussis: vt pueris ęgro
tātibus, vtilitatis eorum gratia, multa fingi-
mus: multa non facturi promittimus: nedū
si ab homine occidendo grassator auertēdus
sit: aut hostis pro salute patriæ fallendus: vt
hoc quod aliâs in seruis quoqꝫ reprehenden
dum est

dum est, sit aliâs in ipso sapiente laudandũ. Id si constiterit: multa iam video posse euenire, propter quæ bene orator tale suscipiat causæ genus: quale, remota causę honesta, non suscepisset. Sit aliquis insidiatus tyranno: atq; ob id reus: vtrum ne saluum eum nolet is, qui à nobis finitur orator? an si tuendum susceperit: non tam falsis defendet: quàm qui apud iudices malã causam tuetur? Quid si quędam benefacta damnaturus est iudex: nisi ea non esse facta conuicerimus: non vel hoc modo seruabit orator non innocentem modo sed laudabilem ciuem. Quid si quædam iusta natura: sed conditione temporum inutilia ciuitate sciemus: nõne vtemur arte dicendi, bona q dem, sed malis artibus simillima. Da nunc vt crimine manifesto prematur vir bonus, sine quo vincere honeste ciuitas non possit: nõne ei cõmunis vtilitas oratorem aduocabit? Nõ igitur fuerit ab re: quod videmus à concionatoribus fieri, vt religionis timore, auditores afficiant multa fingere, multa simulare, dissimulareq;

simulareq́; , nonnunquam etiam aliquãdo mẽtiri. Nam quid ego de diuo Hieronymo dicam? qui vt Eustochium virginem à sæcularium literarum studio deterreret, simulauit se ante tribunal iudicis verberatum, propterea quod Ciceronis libros legebat. Lege apologiam illius ad Ruffinum: in qua fatetur merum illud somnium fuisse: neq́; somniis esse credendum: præsertim cum illud terẽdæ virginis causa scripserit. Hæc omnia eo pertinent, vt ostenderemus ad præparandos auditores non modo necessarias esse partes illas orationis quæ Atheniensiũ decreto sunt oratoribus prohibitæ: verum etiam aliquando esse opus falsis aut apparentibus argumentis si id facere fuerit è republica. nunc de singulis orationis partibus differemus.

De exordio. Cap̃. xiiii.

QVod principium latine vel exordiũ dicitur, maiore quadam ratione græci

videntur

videntur procemium nominasse, quia à no-
stris modo initium significatur. illi satis clare
partem hãc esse ante ingressum rei de qua di-
cendum sit, ostendunt. Nam siue propterea
quod œme est cantus. & citharœdi pauca il-
la quæ ante legitimum certamen inchoent
emerendi fauoris gratia, canunt: prooemium
vocauerunt. Oratores quoq; ea quæ prius
quam causam exordiantur. eadem appellatio-
ne signauerunt. Siue quod οἶμον iidem græ
ci viam appellant, id quod ante ingressum rei
ponitur, id vocare est institutum. Certe pro
œmium est quod apud iudicẽ dici prius quã
causam cognouerit possit. Exordiorum duo
sunt genera. principium quod græce appella
tur prooemiũ, & insinuatio quæ epodos no-
minatur. Principium est, quod statim audi-
toris animum nobis idoneum reddimus ad
audiendum. Id ita sumitur vt attentos, bene-
uolos, dociles auditores habere possim9. Do
ciles habere poterimus: si summã causæ bre-
uiter exponemus: & si attentos eos faciemus.
nam do

nã docilis est ille qui attente vult audire. Attẽtos habebimus, si pollicemur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis, verba facturos: aut de iis reb⁹ q̃ ad remp. pertineãt, aut ad eos ipsos q audiẽt, aut ad deorũ ĩmortaliũ religionẽ aut pietatẽ nos esse dicturos. & si rogabim⁹ vt attẽte audiãt. & si numero exponemus res de quib⁹ dicturi sum⁹. Beneuolos auditores facere q̃tuor modis possum⁹. à nr̃a, ab aduersariorum, ad auditorum persona & à reb⁹ ipsis. A nostra persona beneuolentiam contrahemus: si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, aut in remp. quales fuerimus aut in parẽtes, aut in amicos, aut in eos ipsos qui audiunt: aliquid referemus: dum modo hæc omnia, ad eam ipsam rem de qua agitur, sint acõmodata. Itẽ si nostra incõmoda proferemus: inopiam, solitudinem, calamitatem. & si rogabim⁹ vt nobis sit auxilio. & si simul ostendemus in aliis spem nos habere noluisse. Ab aduersariorum persona beneuolentia captabitur, si eos in odium, in inuidiã, in cõ-

temptionẽ

temptionem adducemus. In odium rapiem⁹ si quid eorū spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, maliciose, flagitiose factū proferemus. In inuidiā trahemus: si vim, potētiā, factionē, diuitias, icōtinētiā, nobilitatē, clientelas, hospitia, sodalitatē, affinitatē aduersariorum referemus: & his adiumentis magis quàm veritate eos confidere aperimus. In cōtemptionem adducem⁹. si inertiam, ignauiā, desidiam, luxuriam aduersariorum proferemus. Ab aduersariorum persona beneuolentia colligitur: si res eorum fortiter, sapienter, māsuete, magnifice iudicatas dicemus. & quę de his æstimatio: & quæ iudicii spes sit aperiemus. A rebus ipsis beneuolum auditorem efficiemus: si nostram causam laudando extollemus: & aduersariorum per contemptionem deprimemus. Tria sunt tempora quæ diligenter sunt consideranda, in quibus principio vti non possumus. Aut cum turpem causam habemus, hoc est, cum ipsa res animum auditoris alienauit, aut cum animus auditoris persua-

persuasus esse videtur ab iis qui ante contra=
dixerunt. aut cum defessus est eos audiendo
qui ante dixerunt. Si causa turpitudinem ha=
bebit: exodiri poterimus his rationibus. ho
minem non rem: rem non hominem specta=
ri oportere. non placere nobis ipsis facta quę
dicantur ab aduersariis: & esse indigna & ne=
faria. Deinde cum res auxerimus nihil simile
à nobis factum ostēdemus. Aut aliquorum
iudicium de simili causa, aut de eadem, aut de
minori aut de maiori proferemus. deinde ad
nostrā causam pedetentim accedem⁹: & simi=
litudinem conferemus. Item si negabimus
nos de aduersariis aut aliqua re eorum dictu=
ros: & tamen occulte dicem⁹ interiectione ver
borū. Si persuasus auditor fuerit: idest si ora=
tio aduersariorum auditorib⁹ fidem fecit, his
nos rebus insinuabim⁹ ad causam. De eo qđ
aduersarii firmissimū sibi adiumētū putaue=
rint: primum nos dicturos pollicebimur. aut
ab aduersarii dicto exordiemur & ab eo ma=
xime: qđ ille nuperrime dixerit, aut dubita=
tione

tione vtemur: quid potissimum dicamus: aut cui loco primum respondeamus cum admiratione. Si defessi erunt audiēdo, ab aliqua re quæ risū mouere possit exordiemur. ab apologo, á fabula verisimili. Si promiserimus aliter ac parati fuerim⁹ nos esse dicturos, nos nō eodem modo vt cæteri soleāt verba facturos, quid alii faciant, quid nos facturi sumus, breuiter exponemus. Inter principium & insinuationem hoc interest: quod principiū eiusmodi debet esse vt statim apertis rationibus quib⁹ præscripsimus: aut beneuolum aut attentum aut docilem faciamus auditorem. at insinuatio eiusmodi debet esse: vt occulte per dissimulationē omnia eadē illa faciam⁹, vt ad eādē cōmoditatē dicēdi opere venire possim⁹. Verū hę tres vtilitates tametsi in tota oratione sunt cōparādæ, hoc est, vt auditores sessi ꝑpetuo nobis attētos, dociles et beneuolos ꝓbeant, tñ hoc ꝑ exordiū causę maxime cōparādū ē: In exordiēda causa illđ ē seruādū vt lenis sit sermo, vt vsitata verboꝶ cōsuetudo, vt nō

apparata

apparata esse videatur oratio. Vitiosum exordiũ est quod in plures causas potest accomodari quod & vulgare dicitur. Item vitiosum est quo nihilominꝰ aduersarius vti potest: qđ cõmune apellatur. Item illud quo aduersariꝰ ex cõtrario poterit vti. Itẽ vitiosum est: quod nimium apparatis verbis cõpositum est. aut nimis longum est: & quod non ex ipsa causa natũ videtur: quod separatũ vocatur: in quo etiã translatum concluditur: vt propè cohæreat cum narratione, & quod neq; beneuolũ. neq; docilem, neq; attentum facit auditorem.

De narratione. Cap̃. xiiii.

MAxime naturale est & fieri frequentissime debet: vt præparato per hęc quæ dicta sunt auditore, res de qua pronunciaturus est indicetur. Plærięq; semper narrandum putauerũt. quod falsum esse coarguitur. Sũt enim ante omnia quædã tã breues causę vt propositionem potius habeant, quàm narrationem. id accidit aliquando vtriq; parti cũ vel nulla expositio est, vel de re cõstat: sed de

iure

iure queritur. vt filius ne, an frater debeat esse intestati heres. pubertas annis, an habitu corporis extimetur. Aut cum est quidem narrationi locus, sed aut ante auditori nota sunt omnia, aut priori loco recte exposita. Sed vt has aliquando nō narrandi causas puto, sic ab illis dissentio qui nō esse narrandum existiment: cum reus quod obiicitur tantum negat. Ego autem magnos secutus autores, duas esse narrationū species existimo: alteram ipsius causae: alteram rerum ad causam pertinētium expositionem. non occidi hominem. nulla narratio est: conuenit. sed erit aliqua & interim etiam longa circa argumēta eius criminis de ante acta vita, de caussis ꝑpter quas innocēs in periculum deducatur, de aliis quibus incredibile id, quod obiicitur, fiat. Cūq; proemium idcirco comparatum sit: vt auditor ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, & intentior, & probatio, nisi causa prius cognita, nō possit adhiberi, protinus iudex noticia rerū instruendus videtur. sed hoc quoq; interdū

mutat cõdicio causarum, nisi forte. M. Tulli9 in oratione pulcherrima quàm pro Milone scriptam reliquit: male distulisse narrationem videtur, tribus præpositis quæstionibus. aut profuisset exponere quomodo insidias Miloni fecisset Clodius: si reum qui à se hominem occisum fateret̃ defendi omnino fas non fuisset, aut si iam prę iudicatione senatus Milo dãnatus esset, aut Gn. Pompeius qui propter aliquã gratiã iudicium militibus armatis cluserit tãq̃ aduersus timeret̃ timeret. Ergo hę q̊q; q̃stiones vim procemii obtinebũt: cũ omnes iudicium præparauerint. Narrationũ igitur tria sunt genera. vnum cum exponimus rem gestã: & vnũquodq; trahimus ad vtilitatem nostrã vincendi causa quod pertinet ad eas causas de quib9 iudicium futurum est. Alterum quod intercurrit nõnunquã aut fidei, aut criminationis, aut transitionis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causa. Tertium genus est quod à causa ciuili remotum est in quo tamen exerceri conuenit: quo cõ-

modius

modius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationes duo genera sunt, vnum quod in negotiis, alterum quod in personis positum est. Id quod in negotiorum expositione positum est, tres habet partes, fabulam, históriam, argumentũ. Fabula est q̃ neq; veras neq; verisimiles continet res: vt hæ quæ à tragœdis traditæ sunt. Historia est res gesta sed ab ætatis nostræ memoria remota. Argumẽtum est ficta res quæ tamen fieri potuit: velut argumenta comœdiarum. Illud genus narrationis quod in personis positum est: debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinẽ, grauitatem, leuitatem, spem, metum, suspitionẽ, rerum varietates, fortunæ cõmutationem, insperatũ incõmodum, subitam læticiam, iucũdum exitum rerum, Illud vero quod ad veritatem pertinet: quomodo tractari debeat aperiemus. Tres res conuenit habere narrationem, vt breuis, vt dilucida, vt verisimilis sit. Rem breuiter narrare poterimus: si inde

cœperimus narrare vnde necesse erit: Et si nō ab vltimo initio repetere volemus. Et si summatim nō particulatim narrabimus. Et si nō ad extremum: sed vsq; eo quo opus erit persequemur. Et si transitionibus nullis vtemur. Et si non deerrabimus ab eo quod semel cœperimus exponere. Et si exitus rerum ita ponemus vt ante quoq; quæ facta sint sciri possint: tametsi nos tacuerimus. Et omnino non modo id quod obest, sed & id qđ neq; obest neq; adiuuat, satis est preterire. Et ne bis aut sæpius idem dicamus. Cauēdum est etiam ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus. Rem dilucide narrabimus. si vt quidq; primum gestum erit, ita primum exponemus. Et rerum ac temporum ordinem conseruabimus. Vt gestæ res erunt aut potuisse geri videbuntur. Hic erit obseruandum nequid perturbate, nequid contorte, nequid ambigue, nequid noue dicamus: neq; in aliam rem transeamus: nec ab vltimo repetamus: ne longe persequamur: nequid quod ad rem pertineat

prætec=

prætereamus. Et si persequemur ea quæ de breuitate dicta sunt. Nam quo breuior: eo' di lucidior & cognitu facilior narratio fiet. Verisimilis oratio erit: si vt mos: vt opinio vt natura postulat, dicem9. Si spacia temporũ, personarum dignitates, cõsiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt, ne refelli possit aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum nõ fuisse: aut homines ipsos facere aut pati nõ potuisse. Si vera res erit: nihilominus hæc omnia narrando conseruanda sunt. Nam sæpe veritas, nisi hæc seruata sint, fidem facere non possit. Sin erunt ficta: eo' magis conseruanda erunt.

De diuisione seu partitione. Ca.xv.

Diuisio siue partitio est nostrarũ aut aduersarii propositionũ, aut vtrarumꝗ; ordine collata enumeratio. Hac quidam vtendum semper putant: quod ea fiat causa lucidior: & iudex intentior, si scierit de quo dicimus & de quo postea dicturi sumus. Rursus

quidam periculosum id oratori arbitran-
tur duabus ex causis: quod nonnunquam
excidere soleat quod promiserimus. & si qua
in partiendo prçterierimus ocurrere. Quod
quidem nemini accidit, nisi qui vel nullo fue-
rit ingenio: vel ad agẽdum nihil cogitati præ
meditatiq́ꝫ detulerit. Alioqui quę tam mani-
festa & lucida est ratio, quã rectæ partitionis,
sequitur enim naturam ducem adeo vt me-
moriæ id maximum sit auxilium. Quapro-
pter ne illos quidem probauerim, qui parti-
tionem vetant vltra tres propositiones exten
dere: quod sine dubio si nimiũ sit multiplex,
fugiet memoriam auditoris: & turbabit in-
tentionem. hoc tamen numero velut lege nõ
est alliganda: cum possit causa plures deside-
rare. Alia sunt magis propter quæ partitio-
ne non est semper vtendum. Primũ quia plæ
raq́ꝫ gratiora sunt: si inuẽta subito: neq́ꝫ do-
mo allata: sed inter dicendũ ė re ipsa nata vide
tur. Vnde illa nõ iniucũda schemata penė ex
cidit mihi, & fugerat me, & recte admones,
Interim

Interim vero etiam fallendus est iudex & varijs artib9 subeundus: vt aliud agi, quã quod nos petimus putet. Nam est nõnunquã dura propositio: quàm si auditor prouidet, nõ aliter præformidat: quã qui ferrum medici ante quàm curetur aspexit. At si, re non ante proposita, securum ac nulla denuntiatione in se conuersum intrarit oratio: efficiet, quod promittenti non crederetur. Sed vt nõ semper necessaria aut etiã superuacua partitio est: ita opportune adhibita plurimum orationi lucis & gratiæ confert. Neq; enim id solum efficit: vt clariora fiant quæ dicunt̃, rebus velut ex turba extractis, & in conspectu auditorum positis: sed reficit quoq; audientem certó singularum partium fine: non aliter quàm facientibus iter multum detrahũt fatigationis, notata inscriptis lapidibus spacia. Nam exhaustis laboribus nosse mensuram voluptati est: & hortatur ad reliqua fortius exequenda scire quantum supersit. Nihil ẽm longũ videri necesse est; in quo quid vltimum sit certum est.

Nec immerito multum ex diligentia partiẽdi tulit laudis. Q. hortẽsius: cuius tamẽ diuisionẽ in digitis diductam nonnunquã Cicero eludit. Nã est certus suus modus: & euitãda vtiq; nimium concisa velut articulosa partitio. Nã & autoritati plurimum detrahũt minuta illa: nec iam mẽbra sed frusta. & huius glorię cupidi, quo subtilius & copiosius diuisisse videãtur, & superuacua assumũt, & quę natura singularia sunt secãt: nec tam plura faciũt, quàm minora. Deĩde cũ fecerint mille particulas: in eandem incidunt obscuritatem: contra quam partitio inuenta est. Diuisa & simplex propositio quoties adhiberi potest: primũ debet esse aperta atq; lucida. Nã quid sit turpius quã id esse obscurũ ipsum, quod in eum solum adhibeẽ vsum, ne sint cætera obscura? Tũ breuis nec vllo superuacuo onerata verbo. Non enim de quo dicim9, sed de quo sumus dicturi ostendimus. Obtinendũ etiam nequid in ea desit: nequid supersit. Superest autẽ sic ferè, cũ aut in species partimur, qđ in generepartiri

sit satis

ſit ſatis: aut cum, genere poſito, ſubiicitur ſpecies. Vt ſi dicam de virtute, iuſticia, cõtinẽtia, cum iuſticia atq; continentia virtutis ſint ſpecies. Partitio ꝓponit qd ſit, de quo cõueniat. quid de quo ambigitur, in eo quod cõuenit. quid aduerſari9 fateat̃. quid nos in eo. de quo ambigit̃. quæ dicturi ſumus. quæ noſtræ propoſitiones. quæ partis aduerſæ. Turpiſſimum vero non eodem ordine exequi, quo quidq; propoſueris.

De confirmatione. Cap̃. xvi.

IN confirmatione noſtrorũ argumentorũ & refutatione obiectionũ conſiſtere omnem artis rhetoricæ, vim dictũ eſt in ſuperioribus. Cum igitur ſit argumentũ ratio probationẽ præſtans: q̃a colligitur aliquid per aliud etiam quæ quod eſt dubium, per id quod nõ eſt dubium, confirmat: neceſſe eſt eſſe aliquid quod probatione nõ egeat: alioqui nihil erit quod probemus: niſi fuerit quod aut ſit verũ aut videatur: ex quo dubiis fiat fides. Procertis autem habemus primum: quæ ſenſu percipiuntur

piuntur, vt quę vidimus, audiuimus, qualia sunt signa, deide ea quæ in cōmuni opinione consensuq; sunt, deos esse, pręstandam pietatem parentibus, præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione etiam si non omniū hominum, eius tamen ciuitatis aut gentis in qua res agatur, quæ in mores recepta sunt, vt plæraq; in iure non legibus sed moribus cōstāt. Si quid inter vtramq; partem conuenit, si qd probatum est. Deniq; cuicunq; aduersarius non contra dicit. Sic enim fiet argumentum, cum prouidētia mundus regatur: administrāda resp, sit: si liquebit mundum prouidētia regi. Debent etiam nota esse recte argumenta tractaturo vis & natura ominium rerum: & quid quęq; earū plęrunq; efficiat. Hinc enim sunt quæ icota dicuntur. Credibilium autem genera sunt tria, vnum firmissimum, quod fere accidit vt liberos à parentibus amari. Alterum velut propensius: eum qui recte valeat in crastinum peruenturum. Tertium non repugnās in domo furtum factum ab eo qui in do

mo fuit. Ideoq; Aristoteles in tertio de arte rhetorica libro diligētissime est executus qd cuiq; rei, & quid cuiq; homini soleat accidere: & quas res, quosq; homines, qbus rebus aut hominibus conciliasset, aut alienasset ipsa natura, vt diuitias quid sequatur, aut ambitum aut superstitionem. Quid boni probent, qd mali petant, quid milites, quid rustici, quo queq; modo res uitari vel appeti soleat. Verū hoc exequi omitto non enim longum tantū: sed impossibile aut potius infinitum est. Praeterea positum in communi omnium intellectu. Si quis tamem desiderauerit: à quo peteret ostendi. Omnia autem credibilia in quibus pars maxima argumentationis, ex huiusmodi fontibus fluunt. An credibile sit à filio patrem occisum, incestum cōtra filiam commissum. Et contrà veneficiū in nouerca, adulteriū in luxurioso. Illud quoq; an scelꝰ palàm factū, an fassum ꝑpter exiguā summā, qa suos quisq; horū velut mores habet: plærūq; tñ, non semper, alioq indubitata essent argumēta: q̃lia sūt

mathe

mathematicorum: à quib9 demonstratio pe-
tēda est, vt inquit Aristotiles: quemadmodū
ab oratorib9 persuasio. Deinde excutiēdi sūt
argūmentorum loci: quanquā in quibusdam
quoq;, de quibus supra dixi, loci videnť. Lo
cos appello sedes argumentorū in quibus la-
tent ex quibus sunt petenda. Nam vt in terra
non omni generantur omnia: neq; auem aut
feram reperias: vbi quæq; nasci aut morari so
leat ignarus: & piscium quoq; genera alia pla-
nis gaudent: alia saxosis regionibus, etiam lit
toribusq; discreta sunt: nec helopem nostro
mari avt scarum ducas: ita non omne argu-
mētum vndiq; venit: ideoq; non passim quę
rendum est. Multus alioqui error est exhau-
sto labore: quod nō ratione scrutabimur: nō
poterimus inuenire nisi casu. De locis multa
sunt ab Aristotele, viii, libris topicorum: atq;
à Cicerone atq; Bœto enarratore, aliisq; auto
ribus perscripta multa: à quibus tota hæc ra-
tio petenda est.

De ratiocinatione. Cap. xvii.

Ratio-

De ratiocinatione.

RAtiocinatio, quem Græci syllogismum appellãt, est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens quod expositum & per se cognitum sua se vi & ratione confirmet. Hoc de genere qui diligentius considerandum putauere: cũ idem in vsu dicendi sequerentur: paululum in precipiendi ratione dissenserunt. Nã partim quinq; eius partes esse dixerunt, partim non plusquã in tres partes distribui posse putauerunt. Eorum controuersiam, non incõmodum videtur, cum vtrorunq; ratione exponere. Nam & breuis est: & non eiusmodi vt alteri prorsus nihil dicere putẽtur. Et locus hic quidem in dicendo minime negligẽdus videtur. Qui putant in quinq; distribui partes oportere: aiunt primum conuenire exponere summam argumentationis, hoc modo. Melius accurantur quæ cõsilio geruntur: quã quæ sine cõsilio administrant̃. Hanc primã partẽ copiosissimis verbis approbari putant oportere, hoc modo. Domus ea quæ ratione regitur, omnibus est cõstructior rebus

& appara-

& apparatior quã ea q̃ teere & nullo cõsilio administrat̃. Exercitus is cui p̃positus est sapiẽs & callidus imperator, omnibus partibus cõmodius regitur, quàm is qui stulticia ac temeritate regitur. Eadem nauigii est ratio. Nã nauis optime cursum conficit, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cum propositio sit hoc pacto approbata, & duæ partes transierint ratiocinationis, tertia in parte aiunt quod ostendere velis: id ex vi propositionis oportere assumere: hoc pacto. Nihil autem omnium consilio melius quàm mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco aliam porrò inducunt approbationem, hoc modo. Nam & signorum ortus & obitus, definitum quendam ordinem seruant, & annuæ commutationes non modo quadam necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad vtilitates reꝝ quoq; omnium sũt accommodatæ: & diurnæ nocturnæq; vicissitudines nulla in re vnquam mutatæ, nocuerunt quicq̃. Quę signa sunt omnia, nõ mediocri quodã consilio, naturam

mundi

mundi administrari. Quinto in loco inducũt complexionem: eaq; aut id infert solũ quod ex omnibus partibus cogitur. hoc modo. cõsilio igit mũdus administratur, Aut in vnum locum cum. duxerit, breuiter propositionem & assumptionem adiungit quid ex his confi ciatur: adhunc modum. Quod si melius gerũ tur ea quę cum consilio. quàm quæ sine con silio administrantur, (nihil autem rerum om nium melius administratur, quàm mundus.) consilio igitur mundus administratur. Quin qpartitam igitur hoc pacto putant argumẽ tationem. Qui autem tripartitam esse dicunt: ii non aliter putant oportere tractari argumẽ tationem: sed partitionem horum reprehen= dunt. Negant enim neq; à propositione, ne= q; ab assumptione, approbationes earum se= parari oportere: neq; propositionem absolu tam, neq; assũptionem sibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata non sit. Qua re (quas illi duas partes numerãt proprositio nem & approbationẽ) sibi partẽ vnã uideri

propo

propositionem: quę si approbata non sit pro
positio non sit argumētationis. Item quæ ab
illis assumptio & assumptionis probatio dici
tur: eandem solam sibi assumptionem videri.
Ita fit vt eadem ratione argumentatio tracta-
ta, aliis tripartita, aliis quinq; partita videat̃.
Quare euenit vt res non tam ad vsum dicen-
di pertineat, quàm ad rationē præceptionis.
Sed quæ propositio in se quiddam continet
perspicuum: & quod stare inter omnes neces
se est: hanc velle & approbare & affirmare, ni
hil attinet. Ea est huiusmodi. Si quo die Ro-
mæ ista cædes facta est, ego athenis fui: inter
esse in cæde non potui: Quare assumi statim
oportet hoc modo. Fui autē Athenis eo die.
hoc si nō constat, indiget approbationis: qua
inducta, complexio sequitur. Sunt & alia duo
argumentorum genera: quibus maxime vtū
tur oratores, exemplum & inductio. illud grę
ci paradigma, hoc epagógen appellant. Potē
tissimum est inter ea quæ sunt huius generis,
quod proprie vocamus exemplum, idest, rei
gestæ

gestæ vtilis ad persuadendum id quod inten deris cōmemoratio. Intuendū igitur totum ne simile sit, an ex parte, an omnia ex eo suma mus, aut quæ vtilia erūt. Simile est. iure est oc cisus Saturnin⁹, sicut Gracchi. Dissimile Brut⁹ occidit liberos proditionē moliētes. Manlius virtutem filii morte mulctauit. Contrarium. Marcellus ornamēta Syracusanis hostibus re stituit. Verres eadē sociis abstulit. Inductio ē oratio quæ rebus non dubiis captat assensio nem ei⁹ cū quo disputatio est. Nā illa, qua pru rimum Socrates vsus est, hanc habuit viam cum plura interrogasset, quæ confiteri aduer sario necesse esset: nouissima id de quo q̄reba tur inferebat. Sed quod illic interrogatur: hic ferè sumitur. Sit igit̄ illa īterrogatio talis, qd̄ est pomū generosissimum, nonne quod opti mum? concedetur. quis equus generosissim⁹, nonne qui optimus? & plura in eundē modū. Deinde cui⁹ rei gratia rogatū est: qd nōne hō is generosissimus, qui optim⁹? fatendum erit.

De vsu argumentorum. Capi. xviii.

TRaditum est ferè argumentũ esse confessum oportere. Dubiis enim probari dubia qui possunt? Quædam tamẽ quæ in alterius rei probationem ducimus, ipsa probanda sunt. Occidisti virum: eras enim adultera. Prius de adulterio conuincendum est vt cum id cœperit esse pro certo: fiat incerti argumentum. Illud hoc in loco monere inter necessaria est: nulla esse firmiora, quamq̃ ex dubiis facta sunt certa. Cędes à te facta est. cruentam enim vestem habuisti. non est tã graue argumentum si fatetur, quàm si conuincitur, Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruẽta esse vestis. si negat. hic causæ cardinem posuit: in quo si uictus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Non enim videtur in negando mentitur⁹ fuisse, nisi desperasset id posse defendi, quod confiteretur. firmissimis argumentorũ singulis instandum: infirmiora congreganda sunt: quia illa per se fortia non oportet circumstantibus obscurare: vt qualia sunt appareant. Hæc imbecilla natura mutuo auxilio sustinẽtur

tur. Itaq; ſi non poſſunt valere, quia magna non ſunt: valebunt qa multa ſunt: quæ ad eiuſdem rei probationē omnia ſpectant. Vt ſiqs hęreditatis gratia hominem occidiſſe dicatur hęreditatem ſperabas & magnam hęreditatē: & pauper eras: & tūc maxime à creditoribus appellabaris: & oſtenderas eum cuius eras & mutaturū tabulas ſciebas. Singula leuia ſunt & communia, vniuerſa vero nocent etiam ſi non vt fulmine tamen vt grādine. Quædam argumenta ponere, ſatis nō eſt, adiuuāda ſūt, vt ſi cupiditas cauſa ſceleris fuit: quę ſit vis ei9. ſi ira, quantum efficiat in animis hominum talis affectio. Ita & firmiora erunt ipſa & plus habebunt decoris: ſi non nudos & velut carne ſpoliatos artus oſtenderint. Multum etiam refert. ſi argumento nitemur odii, vtrum hoc ex inuidia ſit, an ex iniuria, an ex ambitu, uetus n nou um, aduerſus inferiorem, parem, an ſuperiorem, alienum an propinquum. Suos habent omnia iſta tractatus: & ad vtilitatem partis eius quam

e ii tuemur

tuemur referenda sunt. Nec tamen omnibus semper quæ inuenerimus argumentis oneran dus est iudex: quia & tædium afferunt & fidē detrahūt. Neq; enim potest iudex credere sa- tis ea esse potentia quæ non putamus ipsi suf ficere: qui dicimus. In rebus verò apertis ar- gumētari tam sit stultū, quàm in clarissimū solem mortale lumē inferre. Altera ex asseuera tione probatio est. ego hoc feci: tu mihi hoc dixisti: & ò facinus indignum. & similia. quę tamen non habenda sunt inter magna præsi- dia: cum hoc in eadē causa fieri, ex vtraq; par- te, similiter possit, illę firmiores, ex sua cuiusq; persona, probationes: quæ credibilem ratio- nem subiectam habent. Quæsitum etiam po tentissima argumenta primo ne ponenda sint loco: vt occupent animos, an summo vt idem dimittant: an partita primo summoq;' vt Ho merica dispositione in medio sint infirma, an à minimis crescant. Quæ prout ratio causæ cuiusq; postulabit, ordinabuntur, vno vt ego censeo excepto, ne à potentissimis ad leuissi- ma: de-

ma, decrescat oratio. Sed iam ad confutatio=
nem veniamus.

De confutatione siue reprehen=
sione. Capi.xix.

COnfutatio est per quam argumẽtando aduersariorum cõfirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur. Hæc fonte inuentionis eodem vtetur: quo vtitur cõfirmatio: propterea quod quibus ex locis aliqua res confirmari potest: iisdem potest ex locis infirmari. Omnis igitur argumentatio reprehendit̃ si aut ex iis quæ sumpta sunt, non conceditur aliquod vnũ plura ve. Aut his cõcessis cõplexio cõfici ex his negatur. Aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur. Aut si contra firmam argumentationem alia ęque firma aut firmior ponit̃. Ex iis quæ sumũtur, aliquid non cõceditur: cũ aut id qđ credibile dicunt, negat̃ esse eiusmodi. Aut qđ comparabile putant, disimile ostenditur. Aut iudicatum aliam in partem traducitur, aut omnino iudicium improbatur. Aut quod si

gnum esse aduersarii dixerunt: id huiusmodi negatur esse. Aut si complexio aut vna aut ex vtraqꝫ parte reprehenditur. Aut si enumeratio falsa ostenditur,. Aut si simplex conclusio mali aliquid continere demõstratur. Nam omne quod sumitur ad argumentãdum siue pro probabili siue pro necessario, necesse est sumatur ex his locis. Quare obseruare diligẽter oportet & quid sumatur: & quid ex his cõficiatur. Ipsum autem genus argumentationis vitiosum his de causis ostendetur: si aut in ipso vitiũ erit: aut si non ad id quod instituetur, accommodabitur. Atqꝫ in ipso vitium erit si omnino totum falsum erit, si cõmune, si vulgare, si leue, si remotum, si mala definitio, si cõtrouersum, si perspicuum, si nõ concessum, si turpe, si offensum, si contrarium, si inconstans, si aduersum. Falsũ est: in quo perspicue mendacium est, hoc modo, non potest esse sapiens: qui pecuniam negligit. Socrates autem pecuniam neglexit, non igitur sapiens fuit. Commune est quod multo magis ab aduer-

sariis quàm à nobis facit, hoc modo. Idcirco iudices quia uerā causam habebam, breui per oraui. Vulgare est quod in aliam quoq; rem non probabilem si nō concessum sit, transferri possit, hoc modo, si ueram causam non haberet, se vobis iudices non commisisset. Leue est quod aut post tempus dicitur. hoc modo, si in mētem venisset, non commisisset. Remotū est: quod vltra quàm satis est petit, vt, Quod si non P. Scipio Corneliam filiā Tiberio Graccho collocasset, atq; ex ea duos filios Gracchos procreasset, tantæ seditiones natę non essent, longius eni repetita est quàm res postulabat. Mala definitio est: cum aut communia describit: hoc modo, seditiosus est is qui malus est: aut inutilis ciuis est, nam hoc nō magis seditiosi quàm calūniatoris, quàm ambitiosi. Controuersum est: in quo ad dubium demonstrandum dubia causa affertur, vt siquispiam volens probare odium alicuius in alterum afferat causam illius odii: quod nunquam de illo bene senserit, æque

dubium est vtrumqꝫ. Perspicuum est de quo non est controuersia, vt siquis cum Orestem accuset: planum faciat ab eo matrem occisam. Non concessum est, cũ id quod agitur in controuersia est. vt si quis cum Vlyssem accuset: in hoc maxime commoretur. ĩ dignũ esse ab homine ignauissimo virum fortissimum Aiacem esse necatum. Turpe est, quod aut eo loco in quo dicet, aut homine qui dicat: aut eo tempore quo dicitur, aut iis qui audiunt, aut ea re de qua agitur in dignum propter inhonestatem videtur. Offensum est, quod eorum qui audiuntvoluntatem lædit, vt si quis apud equites Ro, cupidiꝰ vindicãdi Scipionis agrariam legem laudet. Contrarium est, quod cõtra ea est quæ ii qui audiunt fecerunt, vt si qs apud Alexandrum Macedonem dicens contra aliquem vrbis expugnatorem: diceret, nihil esse crudelius: quã m vrbes diruere: cum ipse Alexander Thebas diruerit. Inconstans, est, quod ab eodẽ eadem de re diuerse dicitur, vt siquis cum dixerit q virtutem habeat, eum

nullius

nullius rei ad bene viuendum indigere, neget autē postea sine bona ualetudine non posse ui uere. Aduersū est, quod ipsi causę ex parte offi cit, vt si quis hostium vim & copias & fœlici tatem augeat: cum ad pugnandum milites ad hortetur. Si nō ad id qđ instituitur accommo dabitur aliqua pars argumētationis: is aliquo eorum in vitio reperiet̃, si plura pollicit9 pau ciora demostrabit. Aut si cum totū debebit ostendere: de parte aliqua loquat̃, hoc modo. Mulierū genus auarū est, nā Eryphile auro vi ri vitam vendidit. Aut si nō id quod accusabi tur, defendet. Vt si quis cum ambitus accusa bitur: manu se fortē esse defendet. vt Amphiō apud Euripidē, & item apud Pacuuium: qui vituperata musica sapientiā laudat. Aut si res ex uitio hominis vituperabitur: vt si quis do ctrinā ex alicuius docti uitiis reprehēdat. Aut si qs cū aliquē volet laudare, de fœlicitate ei9, non de virtute dicat. Aut si rem cū re ita com parabit, vt alterā se non putet laudare nisi alte rā vituperarit. Aut si alterā ita laudet vt alteri9

non faciat mentionem, vt si quis cum aliqui deliberent bellum geratur an nō, pacē laudet: omnino non illud bellum inutile esse demonstret. Aut si cum de certa re queratur, de communi instituatur oratio. vt fortitudinem laudaturus, virtutem laudibus efferat. Aut si ratio alicuius rei reddet̃ falsa, hoc modo. pecuniā habere bonum est: Propterea quod ea maxime vitam beatam efficiat. Aut si infirma, vt Plautus, amicum castigare ob meritam noxam. Aut eadem hoc modo. maximum malū est auaricia, multos enim magnis incōmodis affecit pecuniæ cupiditas. Aut parum idonea. hoc modo. maximum bonum est amicicia. plurimæ em̃ delectatiōes sunt in ea. Quartus modus reprehensionis erat, per quem cōtra firmā argumentationē, æque firma aut firmior ponitur. hoc genus in deliberationib⁹ maxime versabitur: cum aliquid quod contra dicatur, æquum esse concedim⁹: sed id qđ nos defendimus necessarium esse demonstramus, aut cum id quod illi defendant, vtile esse fatea

fateamur, quod nos dicamus, honestum esse demonstremus. Ac de reprehēsione quidem hactenus: nunc de peroratione dicendum.

De peroratione siue conclusione. Cap̄.xx.

PErorationes siue cōclusiones quæ apud græcos epilogi nominantur, tripartitæ sunt. nam constāt ex enumeratione amplifica tione, cōmiseratione. Enumeratio est, per quā colligimus & admonemus quibus de rebus verba fecerimus breuiter vt renouetur, nō re integretur oratio: & ordine vt quidquid erit dictum referamus. vt auditor si memorię mā dauerit, ad idem quod ipse meminerit reduca tur. Item curandum est ne aut ab exordio aut à narratione repetatur orationis enumeratio. Ficta enim & dedita opera comparata oratio videbitur esse artificii significandi ingeniiq́; venditandi & memoriæ ostentandæ causa. Quapropter initium enumerationis facien dū est à diuisiōe. Deīde ordine breuiter expo nēdę sunt res q̄ tractatę erūt incōfirmatiōe &

confuta

confutatione. Amplificatio est res quæ per lo cum cõmunem mitigationis auditorum cau sa sumitur. Loci cõmunes ex decẽ præceptis cõmodissime sumuntur adaugendi criminis causa. Primus locus sumitur ab autoritate: cũ cõmemoramus quantę curæ ea res fuerit diis immortalibus, aut maioribus nostris, regib9, magistratibus, nationibus, hominibus sapiẽtib9, senatui. Item maxime quomodo his de rebus legibus sancitũ sit. Secũdus locus est, cum cõsideramus, illæ res de quibus cõmina mur, ad quos pertineãt. vtrum ad omnes, qđ atrocissimum est, an ad superiores, quod genus est, hi sunt à quibus autoritatis locus cõ munis sumitur. An ad pares, hoc est, in eisdẽ partib9 animi. corporis, fortunarum, positos. An ad inferiores: qui omnibus his rebus an tecelluntur. Testius locus est quo percnuctamur qui sit euenturum si omnibus idem con cedatur. & ea neglecta ostendemus: quid peri culorum aut incõmodorũ consequatr. Quar tus locus est quo demonstratr: si hinc sit remis

sum

sum: multos alacriores ad maleficia futuros: quos adhuc expectatio iudicii remoratur. Quintus locus est, cum ostēdemus si semel aliter iudicatum sit, nullam rem fore quæ incōmodo mederi, aut perperam factum aut erratum iudicum corrigere possit: quo in loco non incō modum erit vti ea cæterarum rerum comparatione: vt ostendemus alias res posse aut vetustate sedari, aut cōsilio corrigi: huius rei aut leniendæ aut corrigendæ nullam rem adiumēto futuram. Sextus locus est cum ostendemus & consulto factum: & dicemus voluntario facinori nullam excusationem imprudentis iustā deprecationem paratam. Septimus locus est cum ostendem⁹ tetrū facinus, crudele, nefariū, tyrānicū esse. quod genus iniuriā mulierū aut earū rerū aliquid quarū rerum causa bella suscipiuntur & cum hostibus de vita dimicatur. Octauus locus est; quo ostendimus nō vulgare sed singulare esse maleficiū. spurcū, nefarium, & inusitatum: quo maturius & atroci⁹ vindicandum sit. Nonus locus constat ex peccatorum

catorum comparatione: quasi cum dicemus maius esse maleficiũ stuprare ingenuam: quàm sacrum lædere: quod alterum propter egestatem, alterum propter intemperantem superbiam fiat. Decimus locus est per quẽ omnia quæ in negocio gerẽdo acta sunt, quæq; rem consequi solent, exponemus acriter, & criminose & diligenter: vt agi res & geri negocium videatur, rerum consequentium euumeratione. Misericordia cõmouebitur auditoribus, si variam fortunarũ cõmutationem dicemus, si ostendemus in quibus cõmodis fuimus & quibus in incõmodis sumus, cõparatione. Si quæ nobis futura sint, nisi causam obtinuerimus: & numerabimus & ostendemus. Si supplicabimus & eorum, quorum misericordiã captabimus, potestati subiiciemus. Si quod nostris parentibus, liberis, cæteris necessariis casurum sit, propter nostras calamitates, aperiemus. & simul ostendemus illorum nos solitudine & miseria, nõ nostris incõmodis dolere. Si de clemẽtia, humanitate, misericordia nr̃a, qua in

qua in alios vsi sumus aperiemus. Si nos sem per aut diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrum fatum aut fortunam conqueremur. Si animum nostrum, fortem, patientem incōmodorū ostendemus futurū. Cōmiserationē breuem esse oportet. nihil enim lachrymis ci tius arescit. Sed iā ad tria causarū gnā redeamus.

De generibus causarū. Ca.xxi.

TRia genera causarū, quas diximus esse propriam rhetorices materiā, Aristoteles per tria auditorū genera distinguit. Nā vt ille, inquit, auditor, aut iudex est, aut senator, aut populus. Iudex inter acusatorē & defensorem arbiter est. Senator qui de rebus dubiis suadenti aut dissuadenti acquiescēs decernit. Populus, qui laudandi aut vituperandi alicuius causa, in concionem concurrit. Idem quoqꝫ autor, in tria tēpora, eadē genera causarū partitur. Nā in iudiciū ea proprie veniūt q̄ iā ꝑpetrata sūt. In senatū ea tm̄ de quibus est consultatio; facienba ne an nō faciēda sint.

In co

In concionē popul9 coit: vt audiat qualis quisq; impręsentiarum est. Loci quoq; diuersi erant in quib9 orationes habebātur. In foro quæ in genere iudiciali. In curia, quæ in genere deliberatiuo. Pro rostris quæ in genere demonstratiuo. Fora romæ tria erāt in quibus reddebatur ius, de quibus ait Poeta. Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Vnde iuris dicundi conuentus in prouinciis parati fora dicebāt, vt forū Appii, Cornelii, Iulii, Curia præterea locus ęrat: vbi senat9 habebatur. Tēpla quoq; nonnunquā pro curia fuerunt, vt Apollinis, cōcordię, Telluris apud Vergiliū hoc illis curia tēplū. Pro rostris quoq; locus erat: in quo pendebāt rostra nauiū ex Antiatib9, nauali pugna superatis. Aliquando tamē excertis causis cū auditoribus loca permutabantur, & populus cōsulitur de gerendo bello cū Mithridate. apud Ciceronem in oratione pro lege Manilia. Et in senatu ab eodē laudatur Cęsar: & vituperantur Antonius & Catilina, atq; p Archia poeta in foro humanitatis arte

tis artes commendantur. & ferè nulla est causa in qua non ex locis aliarũ causarũ propriis argumenta ducantur. Nã quod quidam scribunt in genere demonstratiuo argumẽta deducenda esse ab honesto, in deliberatiuo ab vtili, in iudiciali à partibus iusticiæ: non ita est intelligendum, vt vnius causæ non transferantur ad aliarum causarum locos. Nam & in oratione pro Milone plurimus est Cicero in eo laudando, atq; vituperando Clodio & cũ de inferendo Mithridati bello deliberat, nõ solum à partibus vtilitatis, sed ab honesto & iusto argumenta deducit. Quid? non & Aristoteles in rhetorica ad Alexãdrum scribit, oportere suasorẽ illa ad quæ exhortatur oportere esse iusta, & legitima & vtilia & honesta & iucunda & facilia factu: atq; pari modo de aliis duobus generibus causarum. Sed ad singula causarum genera redeamus: atq; imprimis ad demonstrantiuum: quod simplicius atq; tractatu facilius est.

De genere demonstratiuo.

DEmonstratiuũ causæ genus q̃d à græcis epidicticòn appellat᷑ hinc est ostẽtatiuũ Aristoteles & Theophrast⁹ à ciuilib⁹ negotiis remouerunt: totumq́ʒ ad solos auditores, voluptatis causa, relegarũt: & id ei⁹ nominis quod ab ostentatione ducitur, proprium est. Sed & in iudiciis testes laudantur: vituperanturq́ʒ, & in consultatione belli Mithridatici. Ci. Pompeiũ laudat: vt illi prouincia decernatur. Itaq́ʒ cum omnis causa proprie in controuersia sit posita, sunt tamen quædam materię, quæ ad solam ostentationem pertinent: vt deorum immortalium atq́ʒ heroũ laudes, in quibus status causæ nullus est. Nisi quis male de natura deorum sentiens dicat illos nõ agere humanarum rerum curã: id quod Epicurus opinatur, & illud ex libro Iob nec nostra considerat: & circa cardines cœli ambulat. Tunc quæstio suborire᷑: an dii rerũ nr̃arꝶ agant curã. Atq́ʒ in Hercule laudãdo, quispiã obiiciat diuinis illius virtutib⁹ ingẽtia quædã

vitia

vitia: quæ propenderent recte factis. Verum in deis generaliter maiestatem eorũ venerabimur, deinde propriam vim cuiusq; & inuẽta: quæ vtile aliquid hominibus attulerunt. Vis ostẽditur: vt in Ioue, regẽdorum hominum. in Marte, belli, in Neptũno, maris. Inuenta, vt artiũ, in Minerua. frumẽti, in Cerere. vini, in Libero patre. Magis est uaria laus hominum. nã primum diuiditur in tpa, quodq; ante eos fuit, quodq; ipsi uixerunt. in iis autẽ qui fato sunt functi, quod est in secutũ. ante hominem patria, parentes, maioresq; erunt. quorum duplex est tractatus: aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut nobili9 genus illustrasse factis. Illa quoq; iteri, ex eo qđ ante ipum fuit tempore, trahentur: quę responsis vel auguriis futurã claritatem pmiserunt: sicut eũ q ex Thetide nat9 esset, maiorẽ pte suo futurũ cecinisse dicũtur oracula. Ipsius vero la9 hoĩs, ex animo & corpore & extra positis, peti debet. Et corporis qdẽ fortuitorũq; tũ leuior, tũ nõ vno modo tractãda est. Nã & pulchritudinẽ

 interim

interim robur'q; psequimur honore, vt Homerus in Agamēnone atq; Achille. Interim confert admirationi multū infirmitas, vt cū idem Tydea paruum, sed bellatorem dicit fuisse, fortuna verò tum dignitatem affert (vt in regibus principibusq;, namq; hæc est materia ostendendæ virtutis vberior) tum quo minores opes fuerunt, eò maiorē beneficiis gloriā parit. Oia quæ extra nos bona sunt, quæq; hominibus forte obtigerunt, non ideo laudātur quod habuerit quis ea: sed quod his honeste sit vsus. Nam diuitiæ & potentia & gratia cum plurimum viriū dent, in vtramq; partem certissimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter hæc aut peiores sumns. Animi semper vera laus, sed non vna, per hoc op9, via ducit. Namq; aliâs ætatis gradus gestarum'q; rerū sequi, speciosius fuit, vt in primis annis laudaretur indoles, tū disciplinæ, post hoc operum, idest, factorum contextus. Aliâs in species virtutum diuidere laudem fortitudinis, iusticiæ, continentiæ: cæterarum

terarumq;, ac singulis assignare: quæ secundū quāq; earum gesta erunt. Vtra sit autem harū uia vtilior, cum materia deliberabimus: dum sciamus gratiora esse audientibus, quæ solus quis, aut primus, aut cum paucis certe fecisse dicetur. Si quid præterea supra spem aut expectationē precipue quod in aliena potiꝰ causa quàm sua. Afferunt autem liberi parentibꝰ laudem, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, necnō instituta quoq; autoribus, vt à Numa traditum deos colere, à Publicola faces populo submittere. Qui oīs ordo in vituperatione constabit tantum in diuersum. Nā & turpitudo generis obprobrio multis fuit, & quosdam claritas ipsa notiores circa vitia & inuisos magis fecit, & quibusdā vt in Paride traditum est, prædicta pernicies: quibusdan mala contemptum vt Thersitę: ac quibusdam bona vitiis corrupta odium attulerumt: vt Nirea imbellem. Plisthenem impudicum à poetis accepimus. Et animi totidem vitia quot virtutes sunt: nec minùs quàm in

 laudibus

laudib9 duplici ratione tractanť. Et poſt mortem obiecta, quibuſdã ignominia eſt. vt Melio cui9 domus ſolo æquata & M. Manlio cuius prænomen è familia in poſterum exemplum eſt. & parentes malorum odimus, & cõditoribus vrbium eſt infamiæ contraxiſſe aliquam pernitioſam cæteris gentẽ. Intereſſe tamen Ariſtoteles putat vbi quidq; laudeť aut vituperetur. nam plurimũ refert, qui ſint audientiũ mores, quæ publice recepta perſuaſio, vt illa maxime quæ probãt eſſe in eo qui laudabitur, credant: aut in eo contra quem dicimus ea quæ oderunt. ita non dubium erit iudiciũ quod orationẽ præceſſerit. ipſorum etiã permiſcenda laus ſemper, nam id beneuolos facit. quoties autem fieri poterit: cum materiæ vtilitate iungenda. Minus Lacedæmonię ſtudia literarum quàm Athenis honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo, rapto viuere quibuſdã honeſtũ: aliis cura legũ. Apud Sibaritas frugalitas forſitam odio foret. Veteribus Romanis ſũmũ luxuriæ crimẽ. Eadẽ

in ſin

in ſingulis differentia. Maxime fauet iudex q ſibi dicentem aſſentari putat. Idem præcipit illud quoq; quod mox Corneli9 Celſus pro pemodum vſurpauit: quia ſit quædam virtutibus & vitiis vicinitas, vtendum proxima deriuatione verborum. vt pro temerario, fortē, pro prodigo liberalem, pro auaro, parcū vocemus, Quę eadem etiam cōtrà valent. quod quidem orator, id eſt, vir bonus, nūquam faciet, niſi forte communi vtilitate duceretur.
Laudātur aūt vrbes ſimiliter atq; homines, nā pro parēte eſt cōditor. & multū autoritatis affert vetuſtas: vt iis q terra dicunť orti. illa ꝓpria, q̄ ex loci poſitiōe, aut munitiōe ſunt. Ciues illi, vt hoībus liberi decori, Eſt la9 & operū in quib9 honor, vtilitas, pulchritudo, autor, ſpectari ſolet. honor vt in tēplis, vtilitas vt in muris, pulchritudo vel autor vtrobiq;. eſt & locorum qualis Sicilię apud Ciceronē. in quibus ſimiliter ſpeciem & vtilitatem intuemur. Itaq; vt non cōſenſi hoc laudatiuū genus circa ſolam verſari honeſti quæſtionem,

fieri, cōiectura erit aliquãdo, vt si quæratur an vtiq; futurũ sit vt Carthaginẽ supent Romani, vt redeat Hannibal si exercitũ in Aphricã trãstulerit, vt seruẽt fidẽ Sãnites: si Romani arma deposuerint. Quædã & fieri posse & futura etiã credibile ẽ: sed aut alio tpe, aut alio loco, aut alio mõ. Vbi cõiecturæ nõ erit locus, alia sunt ĩtuẽda. & primũ aut ꝑpter ipsã rẽ de qua sentẽtię rogãť, cõsultabiť: aut ꝑpter alias interueniẽtes extrinsec9 causas. Propť ipsã deliberãt patres cõscripti, an stipendiũ militicõstituãt. hęc materia simplex erit. Accedũt causę, aut faciẽdi, vt deliberant patres cõscripti an Fabios dedãt Gallis minitãtib9 bellũ. aut nõ faciẽdi. Deliberat. C. Cęsar an pseueret in Germaniã ire: cũ milites passim testamẽta facerẽt. Hę suasorię duplices sũt. Nã & illic causa deliberãdi est qđ bellũ Galli minitenť, esse tñ q̃stio põt dedẽdi ne fuerĩt, etiã citra hãc denũciationẽ, quia cõtra fas, cũ legati essẽt missi, pręliũ inierint, regẽq; ad quẽ mãdata accesserint, trucidarint. Et hic nihil Cęsar sine dubio de

ſic calitate maxime continere puto: quãquam omnes tres ſtatus cadere in hoc opus poſſint his quoq; vſum. C.cæſarem in vituperando Catone, notauerit Cicero.

De genere deliberatiuo. Cap̄.xxiiii.

DEberatiuum genus, quod duas habere ſpecies, dictumeſt, ſuaſionē videlicet ac diſſuaſionem, nõſolum in reip.adminiſtratione, verum etiam in aliis quoq; reb⁹, uerſatur. Nam & conſultantium & conſiliorum plurima ſunt genera, quare in ſuademdo & diſſuadendo tria primum ſpectanda erunt. quid ſit de quo deliberatur, qui ſint qui deliberent, quis ſit qui ſuadet. Rē autē, de qua deliberatur: aut certum eſt poſſe fieri, aut incertum. Si incertū, hęc erit q̄ſtio ſola aut potētiſſima. ſæpe em̄ accidet vt pri⁹, dicam⁹ ne ſi poſſit qdē fieri, eſſe faciēdū: deīde fieri nō poſſe. Cū aūt de hoc quęrit̄: cõiectura eſt, an Iſtmoſ intercidi, an ſiccari pal⁹ Põtina, an port⁹ fieri oſtiæ poſſit. an Alexander terras vltra Oceanum ſit inuētur⁹. Sed in iis quoq; quæ conſtabit poſſe

fieri

dio deliberet: nisi propter hanc militum perturbationem. Est tamen locus quærēdi an citra hunc quoq; casum penetrandum in Germaniam fuerit. Semper autem de eo prius loquemur: de quo deliberari etiam, detractis sequentibus, posset. Partes suadēdi quidam putauerunt honestū, vtile, necessarium. ego non inuenio huic tertiæ locum. Quantalibet enī vis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit, nihil facere, de faciendo autē deliberatur. Quod si hanc vocāt necessitatē in qua homines grauiorum metu cogūtur, vtilitatis erit quæstio. Quod si obsessi & impares & aqua ciboq; defecti, de facienda ad hostem deditione, deliberent: & dicatur necesse est, nempe sequitur vt hoc subiiciatur: alioqui pereundum est: ita propter idipsum non est necesse: quia perire potius licet. deniq; non fecerūt Saguntini. neq; in rate Opitergina circumuenti: igitur in his quoq; caussis aut de sola vtilitate ambigetur, aut questio inter vtile & honestū cōsistit. At enim si quis liberos procreare volet, necesse est

se est vxorem ducere. Quis dubitat, si ei qui pater vult fieri liqueat: necesse est vxorem esse ducendam. Itaq; mihi ne consilium quidē videtur vbi necessitas est: nō magis quàm vbi constat quid fieri non posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur qui tertiā partē dixerūt dynatō qđ nr̄i possibile nomināt: q̄ vt dura videat̄ appellatio, tamen sola est. Quas partes nō oēs in omnē cadere suasoriā, manifestius est quā vt docendū sit. Tū apud plerosq; numerus auget̄ quib9 ponunt̄ vt partes quæ species sunt partiū. Nā fas, iustū, piū, mansuetū quoq; (sic enim sunt interpretati) ἥμερον & si qua adhuc adiicere qs eiusdē generis velit, subiici possunt honestati. An sit aūt facile, magnū, iucūdū, sine pi̱culo, ad q̄stionē p̱tinet vtilitatis: qui loci oriūtur ex cōtradictiōe. Et quidē vtile, sed difficile, paruū, iniucūdū, periculosū. Tūc qbusdā videt̄ esse nōnūq; de iucūditate solū cōsultatio. vt si de ędificādo theatro, instituēdis ludis deliberet̄. Sed nēinē adeo solutū luxu puto, vt nihil ī causa, suaden

-sa suadendi sequatur, præter voluptatem. Prę cedat enim semper aliquid necesse est, vt in ludis honor deorū, in theatro non inutilis laborum remissio. deformis & incōmoda turbę, si id non fiat, conflictatio. & nihilominus eadem illa religio cum theatrum veluti quoddam illius sacri templū vocabimus. Sæpe verò & vtilitatem despiciēdam esse dicimus: vt honesta facimus. vt cum illis Opiterginis damus consilium ne se hostibus dedant, quamquam perituri sint, nisi fecerint. Et honestis vtilia præferimus: vt cum suademus, vt bello Punico serui armentur. Sed tamen ne hic planè concedendum est esse id inhonestum. Liberos enim natura omnes, & eisdem cōstare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilib⁹ ortos, dici potest. & illic ubi manifestum periculum est, opponēda alia sunt pericula: vt crudelius etiam perituros affirmemus, si dediderint: siue hostes nō seruauerint fidem, siue Cęsar vicerit, quod est vero similius. Hæc autem quæ tantum inter se pugnant, plærumq; nominib⁹

minibus deflecti solent. Nam & vtilitas ipsa expugnatur ab iisqui dicunt non solum potiora esse honesta q̃ vtilia, sed ne vtilia quidē esse quę nō sunt honesta. Et cōtrà quod nos honestum, illi vanum, ambitiosum, stolidum, verbis quàm re probabilius vocant. Nec tantum inutilibus comparātur vtilia, sed inter se quoq; ipsa, vt si è duobus eligamus, in altero qđ sit magis, in altero quod sit min9. Crescit hoc adhuc. nā interim triplices etiā suasoriæ: vt cū Pompei9 deliberat Parthos, an Aphricam, an Aegyptum peteret, Ita non tantum vtrum sit melius, sed quid sit optimum, quæritur. Nec vnquam incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei: quæ vndiq; secūdum nos sit. Nam vbi contradictionis loc9 nō est: quæ potest esse causa dubitandi? Item omnis suasoria nihil est aliud q̃ comparatio: videndūq; quid consecuturi sumus, & propter quid: vt ęstimari possis plus in eo quod petim9 sit cōmodi, an vero in eo per quod petimus incōmodi. Est vtilitatis & in tempore quæstio. expedit,

pedit, sed non nunc. Et in loco, non hic. Et in persona, non nobis, non contra nos. Et in genere agendi, non sic. Et in modo, non in tantum. Sed personam sæpius decoris causa intuemur: quæ & in vobis & in iis qui deliberant, spectanda est. Itaq; quãuis exẽpla plurimũ in cõciliis possint, quia facillime homines ad cõsentiendum exemplis ducuntur, refert tamẽ quorũ autoritas & quib9 adhibeatur. Diuersi sunt enim deliberantium animi, duplex cõdicio, nã consultant aut plures aut singuli, sed in vtriusq; differentia: quia & ĩ pluribus, multum interest senatus sit, an populus. Romani an Fidenates. Græci an Barbari. Et in singulis. Catoni petendos honores suadeamus, an. C. Mario. De ratiõe belli, Scipio prior an Fabius deliberet. Proinde intuenda, sexus, dignitas, ætates, sed mores præcipue discrimen dabunt. Et honeste quidẽ honestis suadere facillimũ est. si vero apd̃ turpes recta obtinere cõabimur, ne videamur exprobrare diuersã vitę sectã, cauendũ est: Et animus deliberantis nõ

ipsa ho-

ipsa honesti natura quã ipse nõ respicit, pmó
uend9 est: sed laude, vulgi opinione: Et si parꝝ
pficiet hæc vanitas, secuturã ex iis vtilitatem.
aliquãdo vero magis obiiciẽdo aliquos, si di
uersa fecerint, met9. Nã pter id qđ his leuissi
mi cuiusq; ani9 mfacile terret: nescio tñ quo
pecto apđ plurimos pl9 valeat maloꝝ timor
q̃ spes bonorũ: sicut facilior eisdẽ turpiũ q̃
honestorũ intellect est. Aliquãdo bonis quo
q; suadẽtur parꝝ decora. dãtur parũ bonis cõsi
lia: in quib9 eorũ qui cõsulũt spectat vtilitas.
Multũ etiã refert, q̃ sit psona suadẽtis. Quia
ante actavita si illustris fuit, aut clari9gen9, aut
ætas, aut fortuna, affert expectationẽ. Proui
dẽdũ ẽ neque dicũt, ab eo q dicit diffẽtiãt. At
iis cõtraria summissiorẽ quẽdã modũ postu
lãt. Nã quæ in aliis libertas est, ĩ aliis licẽtia vo
catur. Et quibusdã sufficit autoritas, quosdã
ratio ipsa ægre tuetur. Ideoq; lõge mihi vidẽ
tur difficillimæ prosopopœiæ: in quibus ad
reliquũ suasoriæ laborẽ, accedit etiã personæ
difficultas. Namq; illud idẽaliter. Cesar, aliter

Cato, aliter Cicero suadere debebit. Vtilissima vero hæc exercitatio vel quod duplicis est operis, vel quod poetis, vel quod historiarũ quoq; futuris scriptoribus plurimũ confert, & oratoribus necessaria. Nã sunt multę à Grę cis Latinisq; cõpositæ orationes: quibus alii vterentur: ad quorum cõditionẽ vitamq; aptanda, quæ dicebautur, fuerunt. An eodẽ modo cogitauit, aut eandem personã induit Cicero cum scriberet, Cn. Pom. & cum. C. Domitio cæterisue: an non vnuscuiusq; eorũ fortunam, dignitatem, res gestas intuit9: omniũ etiam quib9 vocem dabat: imaginem expressit: vt melius quidem, sed tamen ipsi dicere viderentur. Nec min9 vitiosa est oratio: si ab homine q̃ si à re cui accõmodari debet, dissidet

De genre iudiciali.

QVi de arte rhetorica præceptiões scribunt: maximam totius operis partẽ in genere iudiciali cõsumunt. Nam & Quintilianus omnes rhetoricæ atq; orationis partes ad hoc genus defert: siue quod in eo multò plus

tò pl9 est difficultatis ob multiplices variasq; questiones: siue quod oratoribus inde multo copiosior lucri erat materia, siue quod in libera ciuitate maioris potentiæ putabat esse posse ppugnare aut defendere ciuē, aut seipsum ab aliorum iniuria tueri, quàm apud populū concionari, aut in senatu publicā causam agere. Nostra vero tempestate nullus propè generi iudiciali vsus est relictus. Non iis qui sub ditione Pontificia viuimus: nō iis qui in regno, in quo sūt oīa ad vni9 principis voluntatem redacta, qui aut decernūt ꝑ arbitrio suo quid sit faciēdum, aut ad ius cōmune Pontificium siue Romanum omnia remittūt. Ipsarum verò legū interpraetationem, ad nescio quos Innocētios & Abbates, Bartulos & Baldos deferūt. Iudicum verò arbitrio nihil permittūt diffidentes opinor illorum æquitati, & bonitati: vt iam nullus sit in hac parte relictus oratori locus. nō apud Pontificem, non apud Regem, non apud Iudices, non in rep. apud ipsos optimates, qui & ipsi cōmuni omniū cō-

sensu, voluerunt se à iure ciuili gubernari. Sed nihilo magis ad rerũ gerendarũ deliberationes orator admittitur: vt nihil mirandum sit, cur ars rhetorica in interitum propemodum sit redacta: atq; in solis cõcionatoribus reperiatur. Nam quemadmodũ ait Aristoteles, interirent vtiq; artes, si illarum operibus plus impensarum & laboris insumatur, quàm inde sit emolumenti peruenturũ. Quare omissa hac parte, nos ad alia properemus: cũ præsertim & in statu causarum & in confirmatione & confutatione non nihil de ea dixerimus.

De dispositione.

DE inuẽtione, vt arbitror, satis dictũ est. sed vt opera extruẽtibus satis nõ est saxa atq; materiam & cætera ędificãti vtilia cõgerere, nisi disponendis eis collocãdisq; artificum manus adhibeatur: sic in dicendo quamlibet abũdãs rerũ copia cumulũ tãtũ habeat atq; cõgestũ: nisi illas eadem dispositio digestas atq; inter se cõmissas deuĩxerit. Neq; immerito secunda quinq; partium posita est: cũ

sine

sine ea prior nihil valeat. Neq; enī quanq̄ fusis omnibus mēbris statua sit: nisi collocetur. Et si quam in corporibus nostris aliorū ve animalium partem permutes & trāsferas: licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen & artus etiam leuiter loco moti, perdunt quo vi guerūt vsum. & turbati exercit9 sibi ipsis sūt impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipsam rerū naturā stare ordine putāt: quo cō fuso, peritura sunt omnia. Si oratio carens hac virtute, tumultuetur necesse est: & sine rectore fluitet: & ne cohęreat sibi, multa repetat, multa transeat velut nocte in ignotis locis errans. neq; initio neq; fine proposito, casum poti9 quā cōsiliū sequat̃. Quapropter tot9 hic loc9 seruiet despositiōi: quæquidē si certa aliq̄ via tradi in omēs materias vllo modo posset, nō tam paucis contigisset. Sed cum infinitæ causarum formę fuerint, futurę q; sint: & tot sęculis, nulla repta sit, q̄ esset tota alteri similis, sapiat oportet orator, & vigilet, & īueīat: & iudicet, & consilium à se ipso petat. Neq; inficias eo:

quædam esse quæ demōstrari possint: ea quē non omittam. Quoniam igitur dispositio est perquam illa quæ inuenimus, in ordinem redigimus: vt certo quodq; loco pnunciemus: videndum est cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat. Genera dispositionum sunt duo, vnum ab institutiōe artis profectum, alterum ad causam temporis accōmodatum. Ex institutione artis disponemus: cū sequemur eam præceptionem, quā pauló ante exposuimus, hoc est, vt vtamur principio, narratione, diuisione, confirmatione, confutatione, conclusione. et hunc ordinē quemadmodum præceptum est ante, in dicendo sequamur. Item ex institutione artis nō modo totas causas p orationē, sed p singulas quoq; argumentationes disponem⁹: queadmodū in secūdo libro ad Herenniū videre est: id est, expositionē, rationē, cōfirmationē rationis, exornationē, cōplexionē. Hęc igit̃ duplex dispositio est: vna p oratiōes, altera per argumētationes ab institutione artis pfecta. Est autē

alia dis

alia dispositio quæ (cum ab ordine artificio-
so recedendum est) oratoris iudicio ad tem-
pus accōmodatur. vt si à narratione dicere in
cipiamus, aut ab aliqua firmissima argumen-
tatione, aut aliquarum rerum recitatione, aut
si post principium confirmatione vtamur: de
inde narratione: aut si quā huiusmodi permu
tationem ordinis faciamus, quorum, nihil ni
si causa postulet, fieri oportebit. nā si vehemē-
ter aures auditorum obtusæ videbuntur: atq;
animi defatigati ab aduersariis, multitudine
verborum, commode poterim9 principio su
persedere & exordiri causam aut à narratione
aut aliqua firmissima argumētatione, deinde
si cōmodum erit (quia nō semper necesse est)
ad pricipii sententiā reuerti licebit: si causa no
stra magnā difficultatem videbitur habere: vt
nemo æquo animo possit audire principiū, à
narratione cū incœperim9, ad principii sentē
tiam reuertemur. Si narratio parum probabi
lis est, exordiemur ab aliqua firma argumen-
tatione: his cōmutationibus & trāslationib9

 sæpe

ſæpe vti neceſſe eſt: cum ipſa res artificioſam
diſpoſitionē, artificioſe mutare cogit. In con
firmatione & confutatione, argumētationū
diſpoſitiões huiuſmodi haberi cōueīt, firmiſ
ſimas argumētationes in primis & in poſtre-
mis cauſę partib9collocari, mediocres & neq;
inutiles ad dicendum neq; neceſſarias ad pro-
bādum, q̄ ſi ſeparatim ac ſingulę dicantur, in
firmæ ſint: cū cæteris coniunctæ, fiunt firmæ
& probabiles, interponi & in medio colloca-
ri oportet. Nā re narrata, ſtatim expectat ani-
mus auditoris, ex qua re cauſa confirmari poſ
ſit q̄ ꝑpter cōtinuo firmā aliquā inferre opor
tet argumētationē. Et quoniā nuprime dictū
facile memoriæ mādat: vtile eſt cū dicere deſi
nam9, recētē aliquā relinquere in animis audi-
toꝶ bene firmā argumētationē, Hæc Diſpoſi
tio locoꝶ tanquam inſtructio militum facilli
me in dicendo, ſicut illa in pugnando parere
poterit victoriā. Eſt & hoc quod ſcriptor de
monſtrare nō poſſit, niſi certa definitaq; ma
teria, Sed qd vna faciat aut altera? quinimmo
centum

cētum ac mille in re infinita atq; materia. præceptoris est ī alio atq; alio genere cotidie ostēdere, quis ordo sit rerum: & quæ copulatio vt paulatim fit vsus & ad similia transitus, Tradi enim omnia, quę ars efficit, non possunt. Nā quis pictor omnia quæ in rerū natura sunt adumbrare didicit? sed semel percepta imitandi ratione, assimulabit qcquid acceperit, Quis enī non faber vasculū aliqđ quale nūquā viderat facit? Quedā verò non docētiū sunt, sed discentiū. Nam medic9 quid in quoq; valetudinis genere faciēdū sit, quid quibus signis ꝓuidēdum docebit. Vim sentiēndi, pulsus venarū, caloris, motus, spiritus meatum, coloris distantiā: quæ sua cuiusq; sunt ingeniū dabit. Quare plurima petam9 à nobis: & cū causis deliberem9, cogitemusq;, hoīes ante in venisse artē, quàm docuisse. Illa enim potentissima est quęq; vere dicitur œconomica toti9 causæ dispositio: quæ cōstitui, nisi velut ī re pręsēte, nō potest. Vbi assumēdū ꝓœmiū, vbi omittendum, vbi vtēdū expositione cōtinua, ubi

partita, vbi ab initiis incipiendum, vbi more Homerico à mediis vel vltimis, vbi omnino non exponendū: quando à nostris, quādo ab aduersariorum propositionibus incipiemus, quando à firmissimis probationibus, quādo à leuioribus, qua in causa proponendæ proœmiis quæstiones, qua pręparatione præmu niendæ: quid iudicis animus accipere possit statim dictum, quò paulatim deducendus. Sin gulis an vniuersis opponēda refutatio. Reser uandi perorationi: an per totam orationē dif fundendi affectus. De iure prius an de ęquita te dicendum, an ante acta crimina, an de qui bus iudicium est prius obiicere vel diluere cō ueniat. Si multiplices causę erunt, qui ordo fa ciendus, quæ testimonia, tabulæuè cuiusq; ge neris in actione recitandæ, quæ reseruandæ. Hæc est velut imperatoria virtus copias suas partientis ad casus præliorum, retinentis par tes per castella tuenda: custodiendasuè vrbes, petendos commeatus, obsidenda itinera, ma ri deniq; ac terra diuidentis. Sed hæc in ora tione

tione prestat cui omnia affuerint natura, doctrina, studium. Quare nemo expectet, vt alieno tantum labore sit disertus. Vigilandū ducat iterum, enitendū, pallendum est, facienda sua cuiqꝫ vis, sua ratio, non respiciēdū ad hec: sed in promptu habenda: nec tanquam tradita, sed tanquam innata. Nam viā demonstrare potest velociter ars, si qua est. verum ars satis præstat, si copias eloquentię ponit in medio. Nostrum est vti eis scire, Reliqua partium est demum dispositio. Et in his ipsis primus aliquis sensus: & secundus, & tertius, qui nō modo vt sint ordine collocati, elaborādū est: sed vt inter se vincti atqꝫ ita cohærentes ne commissura perluceat. Corpus si non mēbra quod ita continget, si & quid quaqꝫ re conueniat, viderimus: & vt verba verbis applicem9 non pugnantia, sed quæ se inuicem complectantur. Ita res non diuersæ, distantibus ex locis, quasi inuicem ignotę non colidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus se copula tenebunt: ac videbitur non solum

lum composita oratio, sed etiam continua.

De elocutione.

INter quinq; artis rhetoricę partes, difficillimam esse elocutionem, inter omnes oratores cōuenit. Vnde & apud Ciceronem Antonius, ait, se vidisse multos disertos, eloquētem veró neminē. Disertos satis putat dicere quæ oporteat: ornate autem dicere proprium esse eloquentissimi. Quæ virtus si vsq; ad illū in nullo reperta est, ac ne in ipso quidem. L. Crasso, certum est & his & prioribus eā desideratam, quia difficillima fuit. Et. M. Tullius inuentionem quidem ac dispositionem prudentis hominis esse putat: eloquentiam, oratoris. ideoq; præcipue circa præcepta huius partis elaborauit. Quod eum merito fecisse, etiam ipso rei de qua loquimur nomine palā declaratur. Eloqui enim, hoc est, omnia quæ mente cōceperis promere, atq; ad audiētes ꝑferre, sine quo semper vacua sunt priora & similia gladio condito, atq; intra vaginam suam hærenti. Hoc itaq; maxime docetur,

Hoc

Hoc nullus nisi arte assequi potest. Huic studium adhibendum, Hoc exercitatio petit. Hoc imitatio. Hic omnis ætas consumitur. Hoc maxime orator oratore prestãtior. Hoc genera ipsa dicendi alia aliis potiora: vt appareat in hoc & vitium & virtutem esse dicẽdi. Non ideo tamen sola est agenda cura verborum. Occurram enim necesse est iis qui omissa rerum, qui nerui sunt in causis, diligentia, quodam inani circa voces studio senescũt: idq; faciũt gratia decoris: quod est ĩ dicẽdo, mea quidem opinione, pulcherrimum: sed cum sequitur, non cum affectatur, Sed opus est studio præcedente & acquisita facultate & quasi reposita: Nãq; ista quærendi, iudicãdi, cõparãdi anxietas dũ discimus adhibẽda est, nõ cũ dicim9. alioqui sicut qui patrimoniũ nõ pararũt: sub diem quærunt: ita in oratione qui nõ satis laborarũt: si præparata vis dicẽdi nõ fuerit, erunt in officiosi. Sunt tamen qui etiam cũ optima sint reperta, quęrũt aliquid qđ sit magis antiquũ, remotum, inopinatũ, nec intelli

gunt iacere sensus in oratiõe, in qua verba lau dantur. Sit igitur cura elocutionis quã maxi- ma: cum sciamus tamen, nihil verborum cau sa esse faciendũ: cum verba ipsa rerum gratia sit reperta: quorum ea sunt maxime probabi lia, q̃ sensũ animi nr̃i optime promunt atque animis auditorũ, quod nos volum⁹, efficiũt.

¶ Igit̃ quã græci phrasin vocãt: latine dicim⁹ elocutionem. Eam spectamus verbis aut sin- gulis aut coniunctis. In singulis intuendum est vt sint, latina, perspicua, ornata, & ad id qđ efficere volumus accõmodata. In coniunctis, vt emẽdata, vt collocata, vt figurata. Sed ea q̃ de ratione latine atq; emendate eloquendi fue runt dicenda, à grãmaticis cõmodissime per tractantur: verum illic tantum ne vitiosa sint præcipitur, hic non alienum est admonere vt sint quàm minime peregrina & externa. Mul tos enim quibus loquendi ratio non desit, in uenias: quos curiose potius loqui dixeris quã latine. Quomodo et illa Attica an⁹ Theophra stum hominem alloqui disertissimum anno- tata,

tata, vnius affectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse, interrogata respõdit, quam quod nimium Attice loqueretur. Et in. T. Liuio mirę facundię viro, putat inesse Pollio Asinius quandã Patauinitatẽ. Quare si fieri potest & verba omnia & vox huius alumna vrbis esse debent: vt oratio plane Romana videat̃, nõ ciuitate donata. ¶ Perspicuitas in verbis p̃cipuã habet ꝓprietatẽ. primus eñi intellect⁹ est sua cuiusq; rei appellatio: qua nõ semper vtimur. Nam & obcœna vitabim⁹ & sordida & humilia. Non tamen quidquid non erit propriũ, ꝓtinus & inproprii vitio laborabit: quia multa sunt græce & latine non denoĩata: vnde abusio, q̃ catachresis dicit̃ & trãslatio q̃ metaphora, est necessaria. Quare ꝓprietas nõ ad nomẽ sed ad vim significãdi refert̃. Alio modo dicit̃ propriũ inter plura q̃ sunt eiusdẽ nominis, vnde cętera dicta sũt: vt vortex q de aqua ꝓprie dicit̃: de aliis reb⁹ per trãslationẽ. Terti⁹ mod⁹ est huic diuersus: cũ res cõmunis plurib⁹, in vno aliquo habet no

men eximium. vt carmen funebre proprie nęnia. Itē quod cōmune est & aliis nomen: intellectu alicui rei peculiariter tribuitur. ut vrbs ꝑ Roma. Sed ne in his quidē virtus oratoris inspicitur. Alio modo dicitur propriū, quod nihil inueniri potest significātiꝰ: vt qđ deductū carmen dixit Vergilius. At obscuritas fit in verbis ab vsu remotis de quibꝰ Horatius.

Et nisi quæ teris semota suisq;
Temporibꝰ defuncta videt, fastidit & odit.
Sic fautor veterū vt tabulas peccare vetātes,
Quas bis quinq; viri saxerūt, fœdera regū
Vel Gabiis vel cū rigidis æquata Sabinis:
Pontificū libros, annosa uolumina vatū:
Dictitet Albano musas in monte locutas.

& paulo post.

Iā saliare Numæ carmē, qui laudat & illud
Quod mecū ignorat, solꝰ vult scire videri.

Hinc enim: aliqui famam eruditionis affectāt: vt soli scire videantur. Plus tamē obscuritatis in cōtextu sermōis est: & id quidē pluribꝰ modis: q̄re nec sit lōgus, nec in hyperbatō solutꝰ, nec lō-

nec longis interiectionibus impeditus. Vitanda est imprimis ambiguitas. Sit ordo rectus, non in longũ dilata cõclusio. Nihil neq; desit, neq; superfluat, ita sermo & doctis probabilis & planus imperitis erit, Sed vis oratoris omnis in augendo minuendoq; consistat. vtriq; parti totidem modi: ex quibus præcipuos attingemus:

De amplificatione & sententia

PRima est amplificandi vel minuendi species in ipso rei nomine: vt cum eũ qui sit cæsus, occisum: eum qui sit improb⁹, latronẽ. contraq; eũ qui pulsauit, attigisse. qui vulnerauit, læsisse dicimus. Quatuor modis cõstat amplificatio. incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potentissimum: cum magna videntur etiam quę inferiora sunt. vt Cicero. facinus est vinciri ciuem Romanorum, scelus verberare, propè parricidium necare: quid dicam in crucẽ tollere? Fit & aliter supra summum adiectio. vt apud Vergilium de Lauso. quo pulcrior alter Non fuit,

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lasus equū domitor debellatorq; ferarū.
Sūmum enim est quo pulchrior alter nō fuit deinde aliquid supra positum est. Est & alius modus ad quem non per grad9 itur, sed quo nihil est maius. vt matrē tuam occidisti. quid dicam amplius? matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est aliquid tantum efficere, vt non possit augeri. Crescit oratio min9 aperte: sed nescio an hoc ipso efficacius: cum sine distinctione in cōtextu & cursu semp aliquid priore mai9 insequitur. vt de vomitu in Antonium Cicero. In cœtu vero populi Ro. negocium gerēs publicū, magister equitum: singula enim incrementum habent. Verum vt hęc amplificatio in superiora tendit, ita quę fit per comparationem incrementum ex inferioribus petit. Augēdo enim quod est infra: necesse est: vt extollatur quod supra positum est vt idem Cicero ibidē. si hoc tibi inter cœnam & in illis immanibus tuis poculis accidisset: quis nō turpe duceret? in cœtu vero populi

puli. Ro. & quæ sequūtur. Per ratiocinationē fit amplificatio: cū. vt aliud crescat, aliud augetur, vt cū Hectoris fortitudo laudatur, Achilis crescat: & Hannibalis, vt Scipiōis. Per cōgeriem quoq; verborum ac sententiarū idē significantium fit amplificatio. nam etiamsi non per gradus ascendāt, tamen velut aceruo quodam alleuantur. vt Cicero. quid enim tu9 ille Tubero distinctus in acie Pharsalica gladius agebat? cui9 lat9 ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? man9? ardor animi? quid cupiebas? qd optabas. Eadem est ferè ratio minuendi: nāto tidē sūt descēdentib9 quot ascēdentib9 grad9.

¶ Sententia vno modo accipit̃ pro eo quod animo sentimus: alio modo pro decreto: vt cū à iudice fertur sententia. Sed in præsentiarum sentētia est oratio sumpta de vita: quæ aut qd sit: aut quid esse oporteat breuiter ostēdit. Ita q; lumina pręcipua in clausulis posita, sētētias vocamus: quæ minus crebra apud antiquos, nostris tēporib9 modo carēt. Est igit̃ sentētia

vox vniuersalis: quæ etiã citra causæ cõplexũ possit esse laudabilis. vt nihil ẽ tã populare q̃ bonitas. quæ simplex est, aut ratione subiecta vt in omni certamine qui opulẽtior est, etiam si accipit iniuriã: tñ qa pl⁹ potest, facere videt̃. Nõ nũquam duplex est. vt obsequiũ amicos veritas odiũ parit. Illud notabile ex diuersis. vt mors misera non est, aditus ad mortẽ miser est. Tam deest auaro quod habet: quã qđ nõ habet. Sed maiorẽ vim accipiunt ex mutatione figuræ. vt vsq; adeo ne mori miserum est? acrius enim hoc est q̃ per se mors misera nõ est. Ex translatione à communi ad propriũ. Vt nocere facile est: prodesse difficilius: Vehementius apud Ouidium Medea dicit. seruare potui, perdere an possim rogas? Vertit ad personam Cicero: nihil habet Cæsar vel fortuna tua maius q̃ vt possis, nec natura melius q̃ vt velis seruare quãplurimos, Ita quæ erãt rerũ ꝓpria fecit hoĩs. In hoc genere custodiẽdũ est ne crebræ sint: ne palam falsę. ne passim à quocũq; dicãtur. Magis enim decet eos in qb⁹ est

autoritas

autoritas: vt rei pondus etiã persona confirmet. Ego vero hæc lumina orationis velut oculos quosdam eloquentiæ esse credo, sed neq; oculos esse toto corpore velim: ne cætera membra suũ officiũ perdãt. Restabat hoc in loco aliqd de tropis & figuris: sed qa hæc pars apud grãmaticos etiã ꝓtrita est, omittimus. nũc ad cæteras rhetoricę ptes trãsgrediamur.

De memoria.

MEmoriã quidã naturę modo esse munus existimauerũt: est q; in ea non dubie plurimũ: sed ipsa excolẽdo, sicut omnia alia, augetur: & totus de quo diximus ad hæc inanis est labor: nisi cæterę partes hoc veluti spiritu cõtineãtur. Nã & omnis disciplina memoria cõstat: frustráq; docemur: si qdqd audimꝰ pręterfluat. & exẽplorũ, legũ, respõsorꝶ, dictorũ, beneq; factorũ: quę velut quasdã copias, quibꝰ abũdare, q̃sq; in prõptu sẽper habere debet orator: eadem illa uis repręsentat. Nec immerito thesaurꝰ hic eloq̃ntię dicitur. Sed non firme tantũ continere: verũ etiã cito

 perci

pcipere multa acturos oportet. Nec quæ scri-
pseris modo, iterata lectione cōplecti: sed in
cogitatis quoq; rerum ac verborum contex
tum sequi: & quæ sunt ab aduersa parte dicta
meminisse, nec vtiq; eo quo dicta sunt ordine
refutare: sed opportunis locis ponere. Quid?
extēporalis oratio non alio mihi videtur mē-
tis vigore constare. Nam dum alia dicimus, q̄
dicturi sumus intuēda sunt. Ita cū semper co-
gitatio vltra id quod est longius quærit: quid
quid interim repetit, quodāmodo apud me-
moriam deponit: quod illa quasi quędam me
dia manus, acceptum ab intentiōe, tradit elo
cutioni. non arbitror autem mihi in hoc im-
morandum quid memoriam faciat. Quā
quam plæriq; imprimi quædam vestigia no-
stro animo: quæ velut in cæteris anulorum si-
gna seruentur, existimant. Neq; ero tam cre-
dulus: vt quasi habitu tardiorem firmioreq;
memoriā fieri putē. Eius aūt quod ad animū
pertinet magis admirere naturā. subito res ve
tustas tāto ex interuallo repetitas, reddere se &
offerre:

offerre:nec tantum requirentib⁹,sed etiã spõ-
te interim:nec vigilantibus, sed etiam quiete
compositis magis.eoq̃ illa quoq̃ animalia q̃
carere intellectu videm⁹:meminerũt & agno-
scunt: & quamlibet lõgo itinere deducta , ad
assuetas sibi sedes reuertuntur. Quid non hęc
varietas mira est: excidere proxima,vetera in
hærere: hesternorum immemores,acta pueri-
ciæ recordari: Quid quod quædam requisita
se occultant: & eadem forte succurunt: nec ma
net semper memoria: sed aliquãdo etiã redit.
Nesciref tñ quãta vis esset ei⁹:quãta diuinitas
nisi in hoc lumẽ orãdi vim extulisset. Non.n.
rerũ modo:sed etiã verborũ ordinẽ p̃stat.nec
ea pauca cõtexit,sed durat propè in infinitũ:
& in longissimis actionibus prius audiẽdi pa
tientia,quà memoriæ fides deficit. Quod &
ipsum argumẽto est subesse arte aliquã,iuua
riq̃ ratione naturã:cum idẽ docti facere:illud
indocti & inexercitati nõ possim⁹ . Quãquã
ĩuenio apud Platonẽ obstare memoriç vsũ li-
terarũ:videlicet q̃d illa q̃ scriptis reposuim⁹:

h iii velut

velut custodire desinim9: & ipsa securitate di
mittimus, Nec dubiũ est quin plurimum in
hac parte valeat mentis intentio: & velut acies
luminum a prospectu rerũ quas intuetur, nõ
auersa. vnde accidit: vt quæ p plures dies scri
bimus ediscẽdi causa, cogitatio ipsa cõtineat.
Artẽ autem memoriæ primus ostendisse dici
tur Simonides: cuius vulgata fabula est. Cum
pugili coronato carmen quale componi vi=
ctoribus solet, mercede pacta scripsisset: ad ne
gatam ei pecuniæ partem, quod de more poe
tis frequentissimo, digressus in laudes Casto
ris & Pollucis exierat, qua propter partẽ ab
iis peteret, quorũ facta celebrasset, iubebatur
& persoluerũt vt traditũ est. Nã cũ esset grãde
cõuiuiũ in honorẽ eiusdẽ victoriæ: atq; adhibi
tus cœnæ Simonides: nũcio est excitus: quod
eum duo iuuenes, equis aduecti, desiderare ma
iorem in modum dicebatur. & illos quidem
non inuenit: fuisse tamen gratos erga se: exitu
cõperit. Nã, vix, eo limẽ egresso, tricliniũ illd
supra cõuiuas corruit: atq; ita cõfudit: vt non

ora

ora modo oppressorũ, sed membra etiã omnia, requirẽtes ad sepulturam propinqui, nulla nota possent discernere. Tũ Simonides dicitur memor ordinis quo quisq; discuberat, corpora suis reddidisse, Ex hoc Simonidis facto, notari uidetur iuuari memoriã signatis animo sedibus: idq; credere suo quisq; experimẽto. Nam cũ in loca aliqua post tẽpus reuersi sumus: nõ ipsa agnoscim⁹ tantũ: sed etiã quę in iis fecerim⁹ reminiscimur: psonęq; subeunt: nonnunq̃ tacitæ quoq; cogitationes in mẽtem reuertũtur. Nata est igitur, vt in plęrisq;, ars ab experimẽto. Igitur memoria vtrũ habeat quiddam artificii, an omnis à natura proficiscatᷣ, aliud dicẽdi tẽpus idoneũ dabitᷣ. Nũc perinde atq; cõstet ĩ hac re multũ valere artẽ & præceptionẽ: ita de ea re loquemur. placet. n. nobis esse artificiũ memoriæ: quare placeat aliàs ostendem⁹: in præsentia cuiusmodi sit ea apiemus. Sũt igitur duæ memorię: vna naturalis altera artificiosa. naturalis est ea quæ nr̃is animis insita ẽ: & sine multa cogitatione

nata. artificiosa est ea: quam confirmat indu-
ctio quędā & ratio p̄ceptiōis. Sed quia reb⁹ in
cærtis ingenii bonitas imitatᷣ sæpe doctrinā:
ars porrò naturæ commoda confirmat & au-
get: ita fit in hac re vt nōnunq̄ naturalis me
moria si cui data est egregia, similis sit huic ar
tificiosæ. porrò hęc artificiosa naturę commo
da retinet & amplificat ratiōe doctrinæ. Qua
propter naturalis memoria pręceptione con
firmanda est, vt sit egregia: & hęc quæ doctri
na datur indiget ingenii. Nec hoc magis aut
minus in hac re quàm in cęteris artibus fit:
vt ingenio, doctrina, pręceptiōe, natura, nites
cat. Quare in illis qui natura memores sunt
vtilis hæc erit institutio: quod tu te paulò post
poteris intelligere: & si illi freti suo īgenio no
stro non indigerent: tamē iusta causa daretur,
quare iis qui minus ingenii habent, adiumen
to velimus esse. Nunc de arficiosa memoria lo
quemur. Constat igitur artificiosa memoria
ex locis & imaginibus. Locos appellamus
eos qui breuiter, perfecte, insignite, aut

natura

natura aut manu ſunt abſoluti: vt eos facile na-
turali memoria cõprehẽdere & amplecti q̃a-
m9. vt ędes, ĩtercolumniũ, angulũ, fornicẽ,
& alia quę his ſimilia ſunt. Imagines ſunt for
mę quędã & notę & ſimulachra eius rei quã
meminiſſe volumus, quod genus, equi, leonis
aquilæ. Memoriã ſi volem9 habere, imagines
eorum in certis locis collocare nos oportebit.
Nunc cuiuſmodi locos inuenire & quo pacto
reperire, & in locis imagines continere opor-
teat: oſtẽdemus. Queadmodum igitur qui lit
teras ſciũt: poſſunt id quod dictũ eſt ſcribere:
& recitare quod ſcripſerũt: ita qui immodica
didicerunt. poſſunt quod audierunt, in locis
collocare: & ex his memoriter pronunciare.
Loci enim cęræ aut chartę ſimillimi ſũt. ima
gines, litteris. diſpoſitio & collocatio imagi-
num, ſcripturæ, pronunciatio lectioni. Opor
tet igitur ſi volum9 multa meminiſſe: multos
nobis locos cõparare: vt in multis locis mul
tas imagines collocare poſſimus. Item puta-
mus oportere ex ordine hos locos habere: ne
quando

Quando perturbatione ordinis impediamur: quo fecius quoto loco libebit vel à supetiore vel ab inferiore parte imagines sequi: vt ea q̃ mandata locis erunt: ædere & proferre possimus. Nam vt si in ordine stantes notos complures videmus: nihil nostra intersit, vtrum à summo an ab immo nomina eorũ dicere incipiamus: Itẽ in locis ex ordine collocatis eueniit: vt in quamlibet partem quoto quoq; loco libebit, imaginibus cõmoniti, dicere possimus id quod locis mãdauerim⁹. Quare placet ex ordine locos cõparare: & locos q̃s assũ pserimus, egregie cõmoditerq; notare oportebit: vt perpetuo nobis hærere possint. Nam imagines sicut literę delent̃. vbi nihil vtimur, loci tãquã cęra remanere debẽt: Et ne forte in numero locorum falli possim⁹, quintũ quẽq; locũ placet notari. qđ genus, si in quinto loco manũ aureã collocem⁹: in decimo, aliquẽ notũ cui pnomẽ sit Decimo: deĩde facile erit quĩto quoq; loco similes notas collocare. Itẽ cõmodi⁹ est in derelicta quã in celebri regiõe cõ parare:

parare: ppterea qđ frequētia & deābulatio hominū cōturbat & infirmat imaginū notas: solitudo cōseruat integras simulachrorꝝ figuras. Præterea dissimiles forma atq; natura loci cōparādi sūt: vt distincte interlucere possint. Nā si quis multa intercolumnia sumpserit: cōturbabitur similitudine: & ignorabit qd in quo quo loco collocetur. Et magnitudine modica & mediocres locos habere oportet. Nam & præter modum ampli vagas imagines reddunt: & nimis angusti, sæpe nō videntur posse capere imaginū collocationē. Tū nec nimis illustres nec vehemēter obscuros locos habere oportet: ne aut obscæcenť tenebris imagines: aut splēdore pfulgeāt. Interualla locorꝝ mediocria esse oportet, ferè paulò pl9 aut min9 pedū trigenū. Nā vt aspect9, ita cogitatio minus valet, siue nimis pcul remoueris, siue vehemēter ppè admoueris id qđ oportet videri. Sed quāq; facile ē ei q paulò plura explorauit quāuis multos & idoneos locos cōpararit: tñ si qs ad ista idoneos īuenire se nō putauit: ipse sibi cōstituat.

cõstituat quãvolet multos licebit. Cogitatio enĩ quãuis regionem poteſt amplecti: & in eis ſitum loci eiuſdem ad ſuum arbitrium fabricari & architectari: Quare licebit ſi hac prõpta copia cõtenti non erim⁹, nos metipſos cogitatione noſtra regionẽ cõſtituere: & idoneorũ locorum cõmodiſſimam diſtinctionẽ cõparare. De locis ſatis dictũ eſt: nunc ad imaginum rationem trãſeamus. Quoniam ergo rerũ ſimiles imagines eſſe oportet: ex omnib⁹ verbis noſmet notas nobis ſimilitudines eligere debem⁹. Duplices igitur ſimilitudines eſſe debent: vnæ rerũ, alteræ verborũ. Rerũ ſimilitudines exprimuntur: cũ ſummatim ipſorũ negociorũ imagines cõparamus. Verborũ ſimilitudines cõſtituunt̃: cũ vni⁹ cuiuſq; nõis & vocabuli memoria, imagine notat̃. Rei totius memoriã ſæpe vna nota & imagine ſimplici cõprehẽdim⁹, hoc mõ. vt ſi accuſator dixerit ab reo hominẽ veneno necatũ: & hæreditatis cauſa factũ arguerit: & ei⁹ rei multos dixerit teſtes & cõſcios eſſe: ſi hoc primũ vt ad defen

defendēdū nobis expeditū sit, meminisse vo-
lemus: in primo loco rei toti⁹ imaginem con
formabim⁹: ægrotū in lecto cubantē faciem⁹
ipsum illū de quo agetur: si formā eius detine
bimus. Si eum nō cognouerim⁹, aliquē ęgro
tū non de minimo loco sumemus vt cito in
mentē venire possit: & reū ad lectū ei⁹ statue-
m⁹ dextra poculū, sinistra tabulas, medico te-
sticulos arietinos tenētē. Hoc modo & testiū
& hęreditatis & venenū necati memoriā ha-
bere poterim⁹. Itē deinceps cętera oīa ex or-
dine in locis ponem⁹. Et quotiescūq; rē me-
minisse volem⁹: sic formarꝝ dispositiōe et ima
ginū diligēti notatiōe, vtemur: vt facile ea q̄ vo
lem⁹ memoria cōsequamur. Cū verborū simi
litudines imaginib⁹ exprimere volemus, pl⁹
negocii sumem⁹: & magis ingeniū nostrū ex
ercebim⁹: id nos hoc modo facere oportebit.
Iā domi vltionē reges Atridæ parāt. in loco
cōstituere oportet man⁹ ad cœlū tollētē Do
mitiū cū à regibus Martiis loris cędat. hoc
erit iā domi vltionē reges. In altero loco Aeso
pum

ptum & Cimbrū subornari: & Iphigeniam vagantem. hoc erit Atridæ parant. Hoc modo omnia verba erunt expressa. Sed hæc imaginum conformatio tum valet si naturalem memoriam exuscitauerimus ab hac notatione: vt versu posito ipsi nobiscum primum trāseam⁹ bis aut ter eum versum: deinde cū imaginibus verba exprimamus. hoc modo naturæ suppeditabitur doctrina. Nam vtraq; altera separata minus erit firma: ita tamen vt multo plus in doctrina atq; arte prę sidii sit: qđ docere non grauaremur, ni metuerimus ne cum ab instituto nr̄o recessissem⁹ cōmodemin⁹ reseruaretur hæc dilucida breuitas præceptionis. Nunc quoniam solet accidere vt imaginē partim firmæ & ad mouendum idoneæ sint: partim imbecilles & infirmę, q̄ vix memoriā possunt excitare: qua de causa vtrūq; fiat considerandū est: vt cognita causa quas vitem⁹ & q̄s seq̄mur imagines, scire possim⁹. Docet igit̃ nos ipsa natura qd oporteat fieri. Nā si q̄s res in vita videmus paruas, vsitatas, cotidianas, meminisse

meminisse nõ solem⁹: proterea quod nulla nĩ si noua aut admirabili re cõmouetur animus: At si quid videmus aut audimus egregie, turpe, aut honestum, incredibile, magnũ, ridiculum: id diu meminisse consueuimus. Itaq̃ quas res ante ora videmus, obliuiscimur plærumq̃. quę acciderũt in puericia, optime meminimus sæpe. Nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quod vsitatæ res facile ẽ memoria labuntur: insignes & nouæ diutius in animo manent, Solis exortus. cursus, occasus, nemo admiratur: propterea quia cotidie fiũt, at eclypsim solis mirãtur: quia raro accidit: & solis eclypsim magis mirãtur quã lunæ: qm̃ hæ crebriores sunt. Docet ergo natura vulgari & vsitata re nõ exuscitari: nouitate vero, & ĩsigni quodã negocio, cõmoueri. Imitat̃ ars igit̃ naturã & qđ ea desiderat ĩueniet: si qđ hæc ostẽdit sequat̃. Nihil ẽ cm̃ qđ aut natura extremũ inuenerit: aut doctrina primũ: qa rerũ pricipia ab igenio pfecta sũt: & ei⁹ disciplina cõparãt̃. Imagines igit̃ nos ĩ eo gñe cõstituere oportebit:

bit: quod genus in memoria diutissime possit remanere. id accidet, si quàm maxime notas similitudines constituemus, si non multas nec vagas, sed aliquid agentes imagines ponemus: si egregiam pulchritudinem aut vnicam turpitudinem eis attribuem9: si aliquas exornabimus: vt si corona aut veste purpurea quo notior nobis sit similitudo: aut si aliquā rem deformabimus: vt si cruentam aut cœno oblitam aut rubrica delibutam inducamus: quò magis insignita sit forma: aut ridiculas res aliquas imaginibus atribuam9. Nā ea res quoq; faciet, vt facilli9 meminisse possim9. Nā quas res ueras facile meminerim9, easdē fictas & diligenter notatas, meminisse non est difficile. Sed illud facere oportebit, vt idētidē primos quosq; locos imaginū renouādarū causa, celeriter animo peruagemur. Scio plærosq; græcos q de memoria scripserūt, fecisse vt multorū verborū imagines conscriberēt: vt qui eas discere vellēt, paratas haberent: ne qd in quærendo consumerent operis. quorū rationem,

aliquot

aliquot de causis, improbamus. Primũ quod in uerborum inumerabiliũ multitudine, mille verborũ imagines ridiculum sit comparare. Quantulum enim poterunt hæ valere: cũ ex infinita verborũ copia modo vnum, modo aliud nos verbum meminisse oportebit? Deinde cur volumus ab industria quẽquam remouere, ne quid ipse quærat: cum nos illi omnia parata quæsitaq; tradamus? Preterea similitudine alia alius magis commouetur. Nam vt sæpe formam, si quàm similem cuipiam dixerimus esse, non omnes habemus assensores, quod alii videtur aliud: item fit in imaginibus: vt quæ nobis diligenter notata sit, ea parum uideatur insignis aliis. Quare sibi quemque commodo suo conuenit imagines comparare. Postremo preceptoris est docere, quẽadmodum quæri quidq; conueniat: & vnum aliquid aut alterum, non omnia quæ eius generis erunt exempli causa subiicere: quo res dilucidior esse possit. Vt cũ de prooemiis quærendis disputamus: rationẽ ... damus

damus quærendi: non mille procœmiorũ gẽnera describimus: ita arbitramur de imaginibus fieri conuenire. Nunc ne forte hanc verborum memoriam aut minus difficilem aut parum vtilem arbitreris & ipsarũ memoria rerũ cõtentus sis: quod & vtiliores sint: & plꝰ habeant facultatis, admonendus es, quare verborum memoriam non improbemus. Nam putamus oportere eos qui velint res faciliores sine labore & molestia facile meminisse, in rebus difficilioribꝰ ante esse exercitatos. Nec nos hanc verborum memoriam reducimus vt versus meminisse possimꝰ: sed vt hac exercitatione illam rerũ memoriã quæ pertinet ad vtilitatẽ, confirmemus: vt ab hac difficili consuetudine sine labore ad illã facilitatem trãsire possimꝰ. Sed cũ in omni disciplina infirma ẽ artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis: tum vero in memoriis minimũ valet doctrina: nisi ĩdustria, labore, diligẽtia cõprobet. quã plurimos locos vt habeas & quã maxime ad præcepta accõmodatos, curare poteris.

ris. In imaginib⁹ collocandis exerceri cotidie cõuenit. non enim ſicut á cæteris ſtudiis abducimur nõnunquã occupatiõe: ita ab hac re nos poteſt cauſa deducere aliqua. Nunquã eſt em̃ quin aliqd memoriæ tradere velim⁹: & tñ maxime cũ aliquo maiore officio detinemur Quare cũ ſit vtile, facile, meminiſſe: nõ te fallit qđ tantopere vtile ſit: quanto labore ſit appetendum: quod poteris exiſtimare vtilitate cognita. Pluribus verbis ad eã rem te adhortari non eſt ſentẽtia, ne aut ſtudio difficili, aut minus quã m res poſtulat dixiſſe videamur.

De pronunciatione.

PRonũciatio à pleriſq; actio dicit̃: ſed prı⁹ nomẽ à voce: ſequẽs, à geſtu videt̃ accipere. Nãq; actionẽ Ci. alias q̃ſi ſermonẽ : alias eloquẽtiã quãdã corporis dicit. Idem tñ duas ei⁹ p̃tes facit: q̃ ſũt eædẽ p̃nunciatiõis: vocẽ atq; motũ. Quapropt̃ vtraq; appellatiõe indifferẽter vti licet. Habet autẽ res ipſa mirã quãdã in orationib⁹ vim ac poteſtatẽ. Nec em̃ tã refert qualia ſint; quæ intra nos metipſos cõ

posuimus: quã quo modo efferantur: nam ita quisq; vt audit, mouetur. Quare nec probatio vlla quę aliquo modo venit ab oratore tã firma est, vt non perdat vires suas: nisi adiuuetur asseueratione dicentis. Affectus oẽs lãguescãt necesse est: nisi voce, vultu, totius propè habitu corporis iardescãt. Nã cũ hęc omnia fecerimus: fœlices tamen si nostrũ illũ ignẽ iudex conceperit. ne dũ eũ supini securiq; moueamus: ac nõ & ipse nostra oscitatiõe soluať. Documento sunt vel scænici actores: q & optimis poetarũ tantũ adiiciunt gratiæ, vt nos infinite magis eadẽ illa audita, quàm lecta delectent: & vilissimis etiam quibusdã impetrẽt aures. vt quib⁹ nullus est ĩ bibliotecis loc⁹: sit etiã freq̃ns. ĩ theatris Quod si in reb⁹ q̃s fictas esse scim⁹ & inanes, tantũ pnũciatio potest: vt irã, lachrymas, solicitudinẽ, afferat quãto pl⁹ valeat nesse est: vbi & credimus! Equidem vel mediocrem orationẽ cõmẽdatã virib⁹ actionis affirmauerim plus habiturã esse momenti: quàm optimã eadem illa destitutan. Si quidem

dem & Demosthenes quid esset in toto genere dicendi summũ interrogatus: pronũciationi palmã dedit: eidẽq; secundũ ac tertiũ locũ: donec ab eo quæri desierit: vt eam videri possit non præcipuã, sed solam iudicasse. Sint igitur in primis oratori futuro procul oris uitia vt expressa sint verba, vt suis quæq; literæ sonis enũcientur. Quarũdam enim vel exilitate vel pinguitudine nimia laboram⁹, quasdã dam velut acriores parum efficimus: & aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe, rho, litteræ, qua Demostenes quoq; laborauit: lamda succedit: quarũ vis est apud nos quoq;. & cũ. c. ac similiter. g. nõ valluerũt in. t. ac. d, molliũtur. Ne in puero quidẽ illas circa. s. literaã dedicias magister feret, nec verba ĩ faucib⁹ patieẽ audiri, nec oris inãitate resonare. Nec qđ minime sermoni puro conueniat, simplicẽ vocis naturã pleniore quodã sono circũ lenire: qđ græci catapeplásmenon dicũt. sic appellatur cãtus tibiarũ qui præclusis qb⁹ clarescũt foraminib⁹ recto mo

do exitu grauiorē spiritum reddūt. Curabit etiam ne extremæ syllabę intercidant. vt par sermo sibi sit, vt quoties exclamandum sit: laterū conatus sit ille, nō capitis. vt gestus ad vocem: vult9 ad gestum cacōmodetur. Obseruādum erit etiam: vt recte sit facies dicentis: ne labra detorqueātur. ne immodicus hiatus rictū distendat. ne supinus vultus. ne deiecti in terrā oculi. ne inclinata vtrolibet ceruix. Nam frōs pluribus generibus peccat. vidi multos quorum supercilia ad singulos vocis conatus alleuantur: aliorum cōstricta. aliorum etiam dissidentia: cum latero in verticem tenderent: altero penė oculus ipse premeretur. Infinitū aūt in his quoq; rebus momentum est: & nihil potest placere quod non decet. Debet etiam docere comœdus quomodo narrādum. qua sit autoritate suadendum. qua concitatione cōsurgat ira. quis flexus deceat miserationē. Qđ ita optime faciet: si certos ex comœdiis elegerit locos & ad hoc maxime idoneos id ē actionib9 similes. Idē autē ad pronunciandū non

modo

modo vtilissimi: verum ad augendum quoq; eloquentiã maxime accõmodati erũt. Et hæc dum infirma ætas maiora non capiet. cæterũ cum legere orationes oportebit: cũ virtutes earum iam sentiet: tũ mihi diligẽs aliquis ac peritus assistat: nec solum lectione formet: verum etiam ediscere electa ex his cogat & ea dicere stantẽ clare: & quẽadmodũ agere oportebit: vt protin9 pronunciatiõe vocẽ & memoriã exerceat. Nec illos quidẽ reprehẽdẽdos puto: qui paulum etiam palestricis vacauerunt. non de iis loquor quib9 pars vite in oleo pars in vino consumitur: qui corporum cura mẽtem obruerũt: hos enim abesse ab eo quem instituimus quam longissime velim. Sed nomen est idem iis à quibus gest9 motusq; formantur: vt recta sint brachia. ne indocte rusticæ man9, ne status indecor9. ne qua in proferẽdis pedibus inscitia, ne caput oculiq; ab alia corporis iclinatiõe dissideãt. Nã nec hoc eẽ in pte pnũciatiõis negauerit quisquã: nec ipsam pnunciationẽ ab oratore secernet: & certe q̃

 facere

facere oporteat: non indignandum est disce=re: cum præsertim hæc chironimia quę est vt nomine ipso declaratur: lex gestus & ab illis tẽporibus heroicis orta sit: & à summis græ=ciæ viris & ab ipso etiã Socrate ꝓbata: à Pla=tone quoqꝫ in parte ciuilium posita virtutũ: & à Chrysippo in præceptis de liberorũ edu=catione compositis nõ omissa. Diuiditur igi=tur pronuntiatio in vocis figuram & corpo=ris motũ. Figura vocis est quæ suum quẽdã possidet habitum, ratione & industria cõpa=ratum. Ea diuiditur in tres partes, magnitu=dinem, fortitudinem, mollitudinem. Magni=tudinem vocis maxime natura comparat: nõ nihil auget sed maxime conseruat exercitatio declamationis. Mollitudinem vocis: hoc est vt eam torquere pro nostro commodo pos=simus, maxime faciet exercitatio declamatio=nis. Quapropter de magnitudine vocis & firmitudinis parte quoniam altera cura, al=tera natura comparatur, nihil ad nos attinet commonere: nisi vt ab iis qui non inscii

sunt

ſunt eius artificii, ratio curandæ vocis petat. De ea parte firmitudinis quæ conſeruatur ra tione declamationis: & de mollitudine vocis: (q̄ maxime neceſſaria eſt oratori) quomodo ea quoq; moderatiõe declamationis compa ratur: dicendum videtur. Firmam igitur quã maxime poterimus in dicendo vocem con ſeruare, ſi quàm maxime ſedata & depreſſa vo ce, principia dicemus. Nam lædũtur arteriæ, ſi antea quàm vox bene permulſa eſt: acri cla more compleãtur. Et interuallis longioribus vti conueniet. Recreatur enim ſpiritu vox: & arteriæ conticendo requieſcunt: & continuũ clamorem ommittere: & ad ſermonen redire oportet pariter. Commutationes enĩ faciunt, vt nullo genere vocis effuſo, in omni voce in tegri ſimus. Et acutas vocis exclamationes vi tare debemus. Ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ, acuta atq; extenuata nimis acclama tione. & ſi quis ſplendor eſt vocis, conſumi tur vno clamore vniuerſus. Et vno ſpiritu continẽter multa dicere conuenit in extrema oratione.

oratione. Fauces enim calefiunt, & arteriæ cō plentur: & vox quæ varie tractata est: reducitur in quendam sonum ęquabilem atq; constantem. Quia uero sæpe rerum naturę, gratia quædam iure debetur: velut accidit in hac re: nam hoc quod diximus ad vocem seruandam prodesse: idem attinet ad suauitatem pronunciationis: vt quod natura voci prosit idē voluntate auditoris probetur. vtile est ad firmitudinem vocis sedata vox in principio. Quid enim insuauius quam clamor in exordio causæ! Interualla vocem confirmant, eadem sententias concinniores diuisione reddunt & auditori spacium cogitādi relinquūt. conseruat vocem continui clamoris remissio: & auditorem quidem maxime delectat varietas: & sermone animum eius retinet: & exuscitat clamore. Acuta exclamatio vocē & fauces vulnerat, eadem ledit auditorem. habet em̄ quiddā illiberale: & ad muliebrem potius vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicēdo accommodatum. In extrema oratio-

ne continens vox remedio est voci. quid hęc
eadem non ne animum vehementissime cale
facit auditoris in totius conclusionę causæ ?
Quoniā igitur res eædem vocis firmitudini
& pronunciationis suauitati ꝓsunt, de vtraqꝫ
re simul erit in præsentia dictum. de firmitu-
dine quæ visa sunt & de suauitate quæ coniun
cta fuerunt: cætera suo loco post dicemꝰ. Mol
litudo igitur vocis quoniā omnis ad rheto-
ris præceptionem pertinet, diligētius nobis
cōsideranda est. Eam diuidimus in sermonē,
contentionē, & amplificationē. Sermo est ora
tio remissa & finitima cotidianæ locutiōi. Cō
tentio est oratio acris ad cōfirmandū & cōfu
tādū acōmodata. Amplificatio est oratio quę
aut in iracundiā inducit: aut ad misericordiā
trahit auditoris animū. Sermo diuidit̃ in par
tes quatuor, dignitatem, demōstrationē, nar-
rationem, iocationē. Dignitas est oratio cum
aliqua grauitate & vocis remissione. Demō-
stratio est q̄ docet quomodo quid fieri potue
rit aut non potuerit. Narratio est rerum gesta-

rum

rum expoſitio. Iocatio eſt oratio quæ ex ali-
qua re veriſimili, riſum pudentem & liberalē
mouere poſſit. Contentio diuiditur in conti-
nuationem & in diſtributionem. Continua-
tio eſt orationis enūciandæ acceleratio clamo
ſa. Diſtributio eſt in cōtentiōe oratio frequēs
cum raris & breuibus interuallis acri vociſe-
ratione. Amplificatio diuiditur in cohortatio
nem & conqueſtionem. Cohortatio eſt ora-
tio, quæ aliquod peccatum amplificans, audi
torem ad iracundiam adducit. Conqueſtio
eſt oratio: quę incōmodorum amplificatione
animum ad miſericordiā perducit. Quoniā:
igitur mollitudo vocis ī tres partes diuiſa eſt
& hę ipſę partes in octo alias partes diſtribu
tæ ſunt: quę cuiuſq; idonea pronunciatio ſit,
demonſtrādum videtur. Sermo cum eſt in di-
gnitate, plenis faucibus, quā ſedatiſſima & de
preſſiſſima voce vti cōueniet: ita tamen ne ab
oratoria conſuetudine ad tragicā tranſeam?.
Cum autem in demonſtratione, voce paulu-
lum attenuata, crebris interuallis, & diuiſioni
bus

bus oportet vti: vt ipsa prōnūciacione eas res quas demonstrabimus inserere atq; interseca re videamur in animis auditorum. Cum aūt sermo in narratione est, vocum varietate op9 est: vt quo quidq; pacto gestum sit, ita narra ri videatur. Strenue quod volumus ostende re factum, celeriuscule dicemus. at aliud, ocio se retardabimus. deinde modo acriter, tū clæ menter, mœste, hilariter in omnes partes cō mutabimus: vt verba ita pnūciationē si q̄ in ciderint in narratione dicta, rogata, responsa, si quæ admirationes de quibus nos narrabi mus, dilingenter animaduertemus vt omniū personarū sensus atq; animos, vōce exprima mus. Sin erit sermo in iocatione, leuiter treme bunda voce cum parua significatione risus, si ne vlla suspicione nimiæ cachinationis leuiter oportebit à formone serio torquere ad libe ralem iocum, vocem. Cum autem contende re oportebit, quoniam id aut per continuatio nem: aut per distributionem faciēdum est, in continuatione ad aucto mediocriter sono vo cis,

eis, verbis continuandis, vocē quoq; iungere oportebit: & torq̄re sonū, & celeriter clamore verba cōficere: vt vim volubilē orationis vociferatio conseq possit. In distributione vocē ab imis faucib9, exclamatione quā clarissima, adhibere oportet: & quantū spacii per singulas exclamationes si sumpserim9, tantū inter singula interualla, spacii, cōsumere iubemur. In amplificationib9 cū cohortatione vtemur voce attenuatissima, clamore leni, sono æq̄bili, cōmutationib9 crebris, maxima celeritate. In conquestione, vtemur voce depressa. inclinato sono, crebris īterualiis lōgis spaciis, magnis commutationibus. De figura vocis satis dictum est, nunc de corporis motu dicēdum videtur. Motus corporis est gestus & vultus moderatio quædam: quæ pronuncianti conuenit: & probabiliora reddit ea quę pronunciant̄. Conuenit igit̄ in vultu pudorē & acrimoniā esse: in gestu venustatē cōspicuam: nec turpitudinē esse: ne aut histriones aut operarii videamur. Ad easdē igit̄ ptes ī q̄s vox ē distributa:

buta: motu quoq; corporis ratio videtur esse accomodãda. Nã si erit sermo in dignitate, stã tes in vestigio leui dexteræ motu, loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate uultus ad sermonis sententias accõmodata. Sin erit in demõstratiõe sermo, paululũ corp9 à ceruicib9 dimittem9. Nã hoc est à natura datũ: vt quã proxime tũ vultũ tũ manũ admoneam9 ad auditores: si quam rem docere eos & vehemẽter instigare velimus. Sin erit in narratione sermo: idẽ mot9 poterit idone9 esse q paulò ante demõstrabatur in dignitate. Sin in iocatione: vultu quãdã debem9 hilaritatẽ significare, sine commutatione gest9. Sin contẽdem9 per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur. Sin cõtẽtio fiet per distributionẽ, celeri porrectione brachii, ambulatione pedis dextri, rara supplosione, acri & defixo aspectu vti oportet. Sin vtemur ãplificatione, p cohortationẽ, paulò tardiore & cõsideratiore gestu, cõueniet vti silib9 cæteris reb9 atq; in cõtẽtione per continuationem. Sin

vtemur

vtemur amplificatione per conquestionē, fœmineo plangore & capitis ictu, nōnunquā sedato & cōstāti gestu, mœsto & cōturbato vultu, vti oportebit Nō sum nesci9 quantū susceperim negocii. qui mot9 corporis exprimere verbis & imitari scriptura conat9 sum voces: verum nec hoc confisus sum posse fieri, vt de his reb9 satis cōmode scribi posset: nec si id fieri nō potest, hoc quod feci fore inutile putabam: propterea quod hic admonere voluimus quod oporteret. reliqua trademus exercitatione. hoc scire tamen oportet pronūciationem bonam eò proficere vt res ex animo agi videatur.

TABV-
LAE DE SCHEMA-
tibus & tropis, Pe-
tri Mosellani.

PETRVS MOSELLANVS CAN

dido lectori salutem.

OMNEIS LATI ni sermonis delicias in figuris & tropis potissimū sitas esse, nemo est vel medio- criter eruditorū qui nesciat, studiose le- ctor. Etenim vt pi- ctura non simplex, sed quæ variis distinguit coloribus, spectantiū oculos maxime pascit, & pratum omnigenis variegatū floribus in- ambulātibus arridet, ita oratio nō vndiq; sui similis, verum suis interspersa figuris, suis va- riata tropis, auditorū aures capit, mereturq; applausum: adeo, vt præter Grecos, qui huic negocio volumina dederunt, & Cicero, & Quintilianus in dicēdi arte principes, hac de

virtute

virtute diligētissime perscribere dignum putarint. Quamobrem cum tot figurarum, tot troporum nō minus sit nescessaria cognitio, quàm memoria difficilis, & ipsum me operę pretiū facturū existimaui, si quæ ad hāc rem ptinere videbūtur vniuersa, ex probatissimis scriptorib9 tū Græcis tū latinis, in breuē hāc tabellam congessero, certaq́ꝫ descriptione arctaro. Quā si in locum in quo frequenter versaris, suffigas, futurum vt cū nunquam non oculis obuersetur, in memoriæ thesaurū citra molestiam reponatur. Qua in re candido suffragatur calculo Erasmus Roterodam9 noster, oīm quos sol hic vidit vt doctissimus, ita & eloquentissimus, idem quod nobis consultum videtur, præcipiens. Porrò vt quid secutus sim scias, primum figuras λέχεως oēs, orationis vitia complura, tum virtutes in quibus tropi sunt, insigniores exhibemus: eaq́ꝫ omnia, tametsi præter aliorum consuetudinem χήματος nomine compræhendimus. Non quod ita rectius quadrare censeam, sed

quod ac ratione vniuersa facilius in ordinem,
qui memoriam vel cũ primis iuuat, digerant.
Deinde ipsa nomina, quæ vbiq; fermè corru
pta deprehenduntur, suæ integritati restituta
græce reddim9, iis etiam, quæ vel Tullius, vel
Fabius, vel Diomedes latina fecerunt, apposi
tis: pariter singula explicantes, tum finitioni=
bus, tum exemplis. Postremo omnibus mo=
dum adhibuimus, ne apud æquum iudicem,
vel in congerendo Græcorum quorundam
curiositatẽ æmulari, vel omittendo quæ addi
disse prestaret, nonnullorum negligentiam re
ferri merito videri possimus. Restant tamen
aliqua, quæ nec mihi faciunt satis, quibus ac=
curatius excutiendis, tempus quod huic lucu
bratiunculæ angustum destinarã, minime re=
spondebat. Quicquid id est quod dedimus,
iuuandi studio dedimus, candidissime lector,
olim vbi & eruditionis et ocii plus nacti fue=
rimus, pleniora ac instructiora aspirante deo
prolaturi. Vale, & nostram operam boni
consule.

DE SCHEMATIBVS ET TROPIS PETRI MOSELLANI TABULÆ

Μ Σχῆμα SCHEMA, eſt conformatio quædã vel dictionis, vel orationis, ſententiæ, vulgi cõſuetudinem excedens.

Cuius partes tres. FIGVRA, VITIVM. VIRTVS.

FIGVRA

Figura, vel ſententiæ vel orationis vel verborum eſt habitus, præter communem conſuetudinem innouatus.

Et eſt duplex, ſcilicet διανοίας λέξεως.

Διανοίας, id eſt, ſenſus vel ſententiarum figura quæ quanquam (autore Donato) ad oratores ꝓprie ꝑtinet, & nos quę grãmatici ſũt, congrenda hoc labore tãtũ ſtatuimus, tamen

eius ſpecies aſcripſiſſemus libenter, ſi non im menſam inſtituti molem futuram hac ratio = ne proſpexiſſemus.

Δέξεως, Lexeos Figura eſt, quū in oratio ne aliquid quod ad verba attinet, innouatur præter vulgarem conſuetudinem.

Cuiꝰ gña ſunt, figura DICTIONIS
LOCVTIONIS
CONSTRuctionis.

Figura dictionis, & illius partes.

Figura dictiōis in proſa βαρβαρισμός bar barismꝰ, in carmine μεταπλασμός metaplaſ mus dicitur. Transformatio quędam eſt vni= us dictionis.

Cuius partes à grã=
Proſtheſis
Epentheſis
Proparalepſis
Aphæreſis
Syncope
Apocope
Ectaſis
Syſtole

Diæreſ

maticis recensentur.

Diæresis
Episynalœphe
Synalœphe
Ecthlipsis
Antithesis
Metathesis

Πρόσθεσις, Prosthesis. Appositio ad principium scilicet dictionis vel literæ vel syllabę. Literæ, vt gnatus pro natus dixit Terēt. Syllabæ, vt tetuli pro tuli.

Επένθεσις Epenthesis, interpositio, quū inter primam & vltimam dictionis syllabam adiicitur litera, vt relligio pro religio apud Virg. Syllaba, vt induperator pro imperator. Iuuenalis:

προπαράληψις proparalepsis, quam præassumptionem dixeris, eadem παραγωγὴ paragoge, etsi Diomedes separat, cum ad finem quippiam accedit, vt dicier pro dici, extulit Persius.

Αφαίρεσις Aphæresis Ablatio à principio

 dictionis

dictionis, contraria προσθέσει Prosthesi. Literæ, vt ruit omnia late, pro eruit, Aeneid. 2. Syllabæ, vt temnere pro contemnere, extulit poeta ibidem.

συγκοπή Syncope Concisio Figura planè contraria ἐπενθέσει epenthesi, quoties è dictiōis medio aliquid excinditur, vt dixti pro dixisti Teren. Repostum pro repositum, & accestis pro accessistis Vergilius.

ἀποκοπή Apocope, Abscisio à dictionis fine vel literę vel syllabæ, cōtraria παραγωγῆ paragogæ. Literæ, Achilli pro Achillis dixit Maro. Syllabæ, δῶ pro δῶμα, apud Homerum Odyss. 1.

ἔκτασις Ectasis, Extensio syllabę natura cōtractæ, vt Exercet Diana choros. Diana prima porrecta dixit, cum genuina ratione fuisset contrahenda.

συστολή Systolæ, cōtractio natura ꝓtensæ, vt idolū media breui dixit Prudētius, vir verè prudēs, nō īscitia græcarū literarū, vt literatores clamitant, sed in re sacra hac vsus figura.

διαίρεσις

διαίρεσις Diæresis, diuisio vni9 syllabę in duas, vt Aulai in medio, Aenei.3. p aulæ, quo modo Lucretius in libris de rerum natura ge nitiuos fermè semper in prima forma extulit

ἐπισυναλοιφή Episynalœphe, Conglutina tio duarū syllabarū in vnā, cōtraria διαιρέσει diæresi. vt Fixerit æripedem ceruam, pro aeri pedem Ver. georgicorum. 3.

συναλοιφή Synalœphe, Deletio, cum vide licet duabus vocalibus cōcurrentibus, prior quasi deletur, vt Carthag Italiam contra Ti berinaq; longe, pro Carthago Italiā. Aen. 1.

ἔκθλιψις Ecthlipsis, Elisio quædam vo calium cum consonantibus aspere concurren tium, vt Multum ille & terris iactatus & alto: Quem versum dum metiris, dicere opor tet. Mult ill & terris iactatus & alto.

ἀντίθεσις Antithesis siue commodiore verbo ἀντίστοιχον antistœchon, cū litera p lite ra ponit. Olli subridens hoīm sator atq; deo rum, pro illi, Maro suę ποιήσεως primo.

μετάθεσις Metathesis, transpositio quæ dam

dam literarum, vt quod Timbre dixit poeta in.10.pro Timber. In quo μεταπλασμῶ metaplasmo mirũ quã sint audaces poetæ Gręci.

Adiiciunt quidam ex Diomede παραλλαγὴν προθέσεων, id est. immutationem præpositionum, quæ nobis non tam μεταπλασμὸς quã σολοικισμοῦ solœcismi species videri solet. Verũ hoc loco memineris lector, nõ vbiq; metaplasmo locũ esse, immo non idẽ in iocular & paruo opere licebit, quod priscis illis in iusta & sublimis argumenti poesi condonatum est. Quare Horatianum illud semper in animo & pectore habeas: Tantum opere in magno fas esse obrepere somnum: Neq; statim imitandum proponas, quicquid vsquam concessum inueneris.

FIGVRA LOCVTIONIS & eius partes.

Figura locutionis, Ratio est quædam locutionis compositione nouata.

Prolepsis, Zeugma,
Hypozeuxis, Syllepsis,

Anadi-

Cuiꝰ hę numerã tur spe= cies.

Anadiplosis, Anaphora,
Epanalepsis, Epizeuxis,
Paronomasia, Schesis onomatō,
Parœmion, Homœoteleuton,
Homœoptoton, Polyptoton,
Irmus, Endiadis,
Hypallage, Prosopopœia,
Antipophora, Aposiopesis,
Climax, Polysyndeton,
Asyndeton, Antimetabole.

Πρόληψις Prolepsis, id est, Præsumptio rerum sūmaria, quę deinceps particulatius enarrantur, vt Interea reges, ingenti mole Latinꝰ Quadriiugo inuehitur curru, bigis it Turnꝰ in albis: Virgi.

Ζεῦγμα Zeugma, cū diuersæ clausulę vni verbo tribuuntur.

Et est triplex,
πρόζευγμα,
μεσόζευγμα
ὑπόζευγμα,

Πρόζευγμα Prozeugma, p̄iūctio, quoties

verbū

verbum clausulis præponitur, vt Cicero. Vicit pudorem libido. timorem audacia rationem amentia.

Μεσόζευγμα Mesozeugma, cum in clausularum medio verbum collocatur. Cuius speciosum exemplum extat apud Maronem Aenei.3. Troiugena interpres diuum qui numina Phœbi. Qui tripodas Clarii, lauros, q sidera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omina pēnæ. Hic, sentis, & p̄cedentes & sequentes nectit clausulas.

ὑπόζευγμα Hypozeugma, Subiunctio, cū verbū subiūgitur in fine. Cicero in Catilinā: Nihil ne te nocturnum præsidium palatii, nihil vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorū omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusq; mouerunt?

ὑπόζευξις Hypozeuxis, figura superiori cōtraria, cū diuersæ clausulæ singulis verbis redduntur, vt Regem adit, & regi memorat nomenq; genusq;, Aenei.8.

σύλληψις Syllepsis, Conglutinata conceptio, quoties diuersi numeri clausulę vno clauduntur verbo, Virgilius in.1. Hic illius arma, hic currus fuit.

ἀναδίπλωσις Anadiplosis, Reduplicatio cum vltima prioris versus dictio in sequentis principio iteratur, Maro in deci, Sequit̃ pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.

ἀναφορά Anaphora, Relatio eiusdem videlicet verbi per principia plurimorum versuũ Horatius odarũ.2. Otium diues rogat in patenti, Otium bello furiosa Thrace, Otiũ Medi pharetra decori.

ἐπανάληψις Epanalepsis, autore Donato, nam Diomedes reclamat, cum eadem dictio versũ & incipit, & claudit, vt Multa sup Priamo rogitans, super Hectore multa. Aenei.1.

ἐπίζευξις Epizeuxis, Subiunctio eiusdem scilicet verbi sine aliqua interstitione, maioris vehementiæ gratia, Qua ratione ferme & superiores fiunt replicationes, Virgilius in.9. Me me, adsum qui feci.

παρονομασία

παρονομασία, Agnominatio latine, dicitur cum iucunda quædam vocum fit collusio, significatu tamen diuerso. Terētius in Andria: Nam inceptio est amentium, haud amantiū.

σχέσις τῶν ὀνομάτων Schesis onomaton, id est, Noīm habitus quidam, quoties verborum multitudo eodem copulādi habitu coaceruatur, vt hoc apud poetam: Marsa manus, Peligna cohors, festina virûm vis.

παροίμιον Parœmion, Assimile, quoties multa verba ab eodē incipiētia elemēto, ex ordine collocant̄. vt O Tite tute Tati tibi tāta tyrāne tulisti. Ennius citante Prisciano libro.12.

ὁμοιοτέλευτον Homœoteleuton, Cum similiter vel dictiones, vel sententiæ finiuntur. Ennius, vt citat Diomedes, Eos deduci, euehi, quàm deferi malui: Qua figura apud Græcos insignis est Isocrates.

ὁμοιόπτωτον Homœoptoton, Cum eodē casuum tenore clausula terminatur, vt est apd̄ Sallustium: Maximis ducibus, fortibus, strenuisq́ ministris.

πολύπτωτον Polyptotō, Multitudo casuū uarietate distincta, vt Aeni.4. Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor, arma armis, ipsisq́ꝫ nepotes.

ειρμός Irm⁹, Series est orationis, eodē filo ad clausulā vsqꝫ protēsa, vt Principio cœlū ac terras, camposq́ꝫ liquētes, Lucētemq́ꝫ globū lunę, Titaniaq́ꝫ astra, Spirit⁹ int⁹ alit. Aeneid.6.

ἐνδίαδις Endiadis, figura cū fixū in mobile soluitur, vt per famam ac populum, pro per famosum populum, dixit poeta.

ὑπαλλαγή Hypallage, Est quoties oratio conuerso rerū ordine effertur, vt Dare classibus austros, pro dare classes austris. Virg.

προσωποποιΐα, Prosopopœia, Personarū fictio, nimirum cum rebus mutis sermo tribuitur. In qua, quanquam poetæ multum sibi permittunt, tamen & oratores vsurpant, vt Cicero in Catilinā patriæ sermonem accommodat.

ἀνθυποφορά anthypophora, Cum tacitæ occurrimus quęstioni, quam figurant & poe

tæ,

tæ & oratores in vsu habent, quorum exem=pla referre nimis hic longum esset,

ἀποσιώπησις Aposiopesis, Quam Cice=ro reticentiam appellat, cum per iram vel in=dignationẽ, orationis partẽ reticem9: Quos ego, sed motos præstat componere fluct9, ta=cet enim puniam.

Κλίμαξ Climax, interpte Tullio, gradatio, quoties ab eo verbo quo sẽsus superior clau=debatur, inferior incipit, ac deinceps hoc mo do quasi per gradus ascẽdit, Cuius aptissimũ exemplum extat apud Homerum Iliad.2. de sceptro ab Ioue in Agamenonem vsq; dedu cto sed & Virgi. buc. Torua leæna lupum se=quitur, lupus ipse capellam, & alia.

πολυσύνδετον Polysyndeton, Structura multis nexa coniunctionibus, vt Athamasq; Thoasq;, Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon, Aenei, secundo.

ἀσύνδετον Asyndeton, Superiori contra=ria, cũ structura vinculis caret: Abiit, excessit, euasit, erupit. Tullius in Catilinam, Ferte citi

flammas,

flammas, date tela, impellite remos. Aenei. 4.

ἀντιμεταβολή Antimetabole, apud quosdam inter figuras refertur, quam latine cōtra mutationem vertere posses, vt Non viuo vt edam, sed edo vt viuā, inquit Cato. Reliquæ figuræ, quas Fabius ex multis Græcis curiose satis cōuertit, in præsentiarum ascribere nō est animus: Partim quod Grammaticum artificium excedant, partim quod insigniores congerere tantum nostrum est institutum.

FIGVRA CONSTRVctionis, eiusq́ partes.

FIGVRA Cōstructionis, quę in syntaxi vulgarem rationem excedit.

	Prolepsis,
	Zeugma,
Cuius species sunt	Syllepsis
	Euocatio,
	Appositio

Πρόληψις Prolepsis, Præsūptio totiꝰ cuiꝰ ptes ad vnā ꝓpietatē postea referunť, vt Milites pugnant, vnus in hostem, alter in patriā.

Ζεῦγμα Zeugma, quoties vna proprietas diuersis subiectis tribuitur, vni pri9, alteri posterius, ita tamen, vt viciniori respondeat, vt ego & tu scribis.

Σύλληψις Syllepsis, Conceptio, cũ digni9 attrahit minus dignum, quæ ambo tamẽ ad vnã proprietatem referuntur, vt digniori respondeat, ut ego & tu scribimus.

Euocatio, Quoties prima vel secunda persona tertiam quasi euocat, vt ego Virgilius cano, quanquam hoc loco mea sententia Virgilius, non tam tertiæ quàm primæ personæ est.

Appositio est, cum duo fixa vel plura, sine copula nectuntur, vt Ignauum, fucos, pecus à præsepibus arcent, Vergilius in.1. Aeneidos. Formosum pastor Corydon Ardebat Alexim, delicias domini, in Bucco.

Nonnulli recẽtiores literatores συνεκδοχὴν synecdochẽ addũt, quæ tũ fit, cũ ἑλληνίζοντες Aethiops alb9 est dẽtes, dicim9. & vt Vir. Nuda genu quod ἀττικισμῷ fieri certum est.

Vitiũ

VITIVM.

Schematis pars secunda.

VItium in oratione, q̃si error quidã, qui & si poetis cõdonat̃, in prosa tñ intolerabilis est.

Species sunt
- Obscurum,
- Iordinatum,
- Barbarum.

OBSCVRVM EIVSQVE PARTES.

Obscurũ, cũ vel verborũ vel structuræ vitio, obscuritas quædam inducitur.

Cuius partes habentur
- Acyron,
- Pleonasmos,
- Perissologia,
- Tautologia,
- Homœologia,
- Amphibologia,
- Eclipsis,
- Periergia.

ἄκυρον Acyron, Improprietas, cum dictio minime propriæ significationis orationi ceu nubes inducitur, Terẽtius: Nam qđ tu speras,

propulsabo facile. Speras pro times. Quomodo & Græci suum ἐλπίζειν vsurpant.

πλεονασμός Pleonasmos, Fit quoties (inquit Fabi9) superuacuis verbis oneratur oratio, vt vidi meis oculis. Satis est enim, vidi. Sic ore locuta est. Aeneidos. 1.

περισσολογία, Perissologia, Fit cum sententia aliqua sine pōdere rerū adiicitur, vt Liui9 in. 8. ab vrbe condita: Legati nō impetrata pace, retro domum vnde venerant, reuersi sunt.

ταυτολογία, Tautologia, eiusdē verbi aut sermonis iteratio, cui vitio etiam Ciceronem obnoxium notat Fabius, quod dixit, Nō solum igitur illud iudicium iudicii simile iudices non fuit, quamuis casu diuerso.

ὁμοιολογία, Homœologia, Peius vitiū superiori, cum oratio vndiq; sui similis nulla varietatis gratia leuat tædium, sed est tota coloris vnius. Cuius exemplum, ne nimis longū sit, impræsentiarum non ascribemus.

ἀμφιβολογία, Amphibologia, Quando structuræ vitio, vtrò verbum sit referendum dubitatur,

dubitatur, quemadmodum Pyrrho oraculum respōdit, Aio te Aeiacida Romanos vincere posse. Hic utri victoria promittatur, incertum.

ἔκλειψις Eclipsis, Defect9, quem (ni fallor) Fabius μείωσιν vocat, cum sermoni aliquid deest, quo minus plenus sit, vt Italiam fato ꝓfugus, deest, ad. Ego ne illam quæ illum? quæ me? quæ non? In Eunucho.

περιεργία Periergia, Superuacua, & (vt ita dixerim) operositas nimia ĩ loquẽdo, Quod vitium aut idem, aut certe admodum affine ei quod μακρολογίαν nominat, cum Fabius, tũ Diomedes, cum sermo, cultus gratia, longior sit quàm oportet. Virgilius: Postera vix summos spargebat lumine montes Orta dies, cũ primum alto se gurgite tollunt Solis equi, lucemq́ʒ elatis naribus efflant.

Hæc vitia quanquã fermè omnia à Diomede sub obscuro ceu genere comprehẽduntur, nõ tamen ignoro multis aliter videri posse: Vtut sit, nobis in paruo discrimine ponetur.

INORDINATVM eiusq́; species.

INORDINATVM, cum vel ordo, vel dignitas verbis deest.

Cuiꝰ species potiores cẽsent̃ Tapinosis, Cacemphatõ, Cacozelon, Aschematistõ, Cacosynthetõ Soraismos.

ταπείνωσις Tapinosis, Vitium quo rei dignitas verbi humilitate deprimitur, vt quod Cato (autore Gellio) verrucam montis, pro cacumine dixit.

κακέμφατον Cacẽphaton, siue αἰσχρολογίαν æschrologian vocitare velis, Vel cum corrupta consuetudine in obscœnum intellectum detorquetur sermo, vt Aeneid. 6. At ramum hunc aperit, ramum qui veste latebat. Terentius. Arrige aures Pamphile, cum arrectio genitali membro propria sit. Vel cum iunctura deformiter sonat, vt Numerũ cum nauibus

ęquat

æquat Quod posteri9 obseruare, auris est pla ne delicatæ

κακόζηλον Cacozelō, Mala affectatio, cum ingenium, scilicet iudicio caret, & specie boni fallitur, infeliciterq́ꝫ æmulatur vitiū, vt oīum pessimū, ita hodie omnibus fermè cōmune.

ἀσχημάτιστον Aschematiston, id est, male figuratum, cum oratio prorsus simplex, suis figuris quibus velut stellulis reluceret, caret.

κακοσύνθετον Cacosyntheton, male collocatum, vbi quippiam non suum habuerit locum in quo quadret, vt Versáq́ꝫ iuuencū Terga fatigamus hasta, Aenei. nono.

σωραϊσμός Soraismos, Miscella quædā & aceruatio ex variis idiomatis apud Græcos, apđ nos ex verbis barbaris & latinis, ꝓpriis et īpropriis, obsoletis & nouis. Ac vt sis sciēs in his vitiis planè nihil tibi condonarim. Nā quamuis Virgilius semel atq́ꝫ iterum in ipsis audax fuerit, tibi tamen non itidem hæc imitari fuerit consultum.

BARBARVM EIVSQVE species.

BARBARVM, viti um quod ad quandã velut barbariem tendit.

	Barbarismus
Partes sunt hæ	Barbaralexis
	Solœcismus.

βαρβαρισμός Barbarism9, Cõtra Romani sermonis legẽ aut scripta, aut pronũciata vitio sa dictio. Fit autẽ additiõe, detractione, ĩmutatione, trãspositione: & id quidẽ aut literæ, aut syllabæ, tẽporis, toni, aspiratiõis. Quorũ exẽpla partim vbi figuræ dici meruerunt, exibuimus: partim barbarorum tum locutio, tũ scriptio (ne dubita) suppeditabit. In Grecis poëtis vbiq; sunt obuia. His enim nihil negatũ ridet Martialis: adeo, vt apud illos is fermè optimus habeatur poëta, qui in eiusmodi quam maxime audax fuerit. Ad hæc indecoras literarum quarundam pronunciationes, barbarismi nota inurunt. ἰωτακισμούς scilicet, λαβδακισμούς, μετακισμούς, πλατειασμούς. Sic eñ Greci fingendis noĩnib9 (ait Fabius) feliciores, vocãt: vt & χειλοσομίαν, cum vox

quasi

quasi in otis recessu auditur.

Βαρβαραλέξις, idest Barbara dictio, qties Romanosermoni pegrinę linguę dictio īserit: vt gaza apud Maronem, quod est Persicū: & mastruca apud Ciceronē, Sardum vocabulū.

Σολοικισμός Solœcismus: Est (inquit Asinius Capito apđ Gelliū) impar & inconueniens compositura partium orationis quæ per omnia partium orationis accidentia notatur, cum alia orationis pars pro alia ponitur, cum genus pro genere, casus pro casu, tempus pro tempore, modus pro modo, numerus ꝑ numero, aduerbium pro aduerbio, præpositio pro præpositione. Horum omnia exempla, non vt imitareris, sed vt notata minori negotio deuitares, oppidò quā libēs ascripsissem si per chartæ angustiā licuisset. Quare vel ipse obserues, vel ex Donato petas licebit.

VIRTVS.

Schematis pars tertia.

VIRTVS, qua oratio honestatur, attollitur'qꝫ supra vulgi sermonem.

Proprietas

Cuius genera duo

Ornatus,

PROPRIETAS, ET EIVS Partes.

PROprietas, quæ vel ſcripto, vel pronunciatione, vel verbis nil improprium habet.

Analogia,

Eius partes ſunt Taſis,

Syntomia.

ἀναλογία Analogia, Eſt proportio quædã finitore Diomede (nam nobis non perinde probatur) qua recte ſcribendi ratio conſeruatur. Hanc cum proprietatis partẽ fecerit Diomedes, quid tamẽ ſibi voluerit, nõ video.

τάσις Taſis, qua verborũ dulcis ac iucunda ſeruatur modulatio, quod alia acuto tenore, alia graui, alia flexo moderamur. Quę virtus ad vocis flexibilitatẽ præcipue pertinet.

συντομία Syntomia, Cum breui & compẽdioſo verborũ ambitu, res quãtumuis ingẽs pro dignitate redditᷣ. Verg. Aene, 1. Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar, Imperium

oceano

oceano &c. Est & orationis velut lux quædã, quæ verba ipsa rei proprie adeo accõmodat, vt non tam narrari quàm geri videatur. Hãc virtutem Græci qui lucem quã rebus addit, spectãt ἐνάργειαν, qui vero mouẽdi efficaciã, ab opere, ἐνέργειαν appellare consueuerunt.

ORNATVS, ET EIVS SPECIES

ORNATVS orationis suo se nomine prodit, vt finitione minime sit opus.

Genera eius hæc: Synthesis, Cyriologia, Tropus.

σύνθεσις Synthesis, apta & concinna modulis suis structura, qua alius pes alio iucũdiorem clausulam efficere dignoscitur. Qua de re Cicero libro de oratore. 3. & Fabius in. 9. abunde satis disseruere.

κυριολογία, Cyriologia, Propria & sana oratio, quam ipsa veritas & simplicitas exornãt. vt Romanos rerum dominos, gentemq́ꝫ togatam. Hanc virtutẽ Quintilianus non vno tantum loco laudibus vehit.

Τρο-

τρόπος Tropus, quē clarissimi latinorum motū appellarunt: est verbi vel sermonis à ꝓpria significatione in aliā cū virtute mutatio.

Metaphora,
Catachresis,
Metalepsis,
Metonymia,
Antonomasia,
Epitheton,
Synecdoche,

Cuius priores partes colliguntur hę

Onomatopœia,
Allegoria,
Periphrasis,
Hyperbaton,
Hyberbole,
Emphasis,
Homœosis:

μεταφορά Metaphora, id est, Trāslatio, tropus lōge pulcherrimus, quādo vel nomē vel verbum, ex eo loco in quo propriū est, in eū in quo aut propriū deest, aut translatū ꝓprio

melius

melius est, transfertur: Vt video: à corporeo sensu cui proprium est, ad animi intelligentiā transfertur.

Hæc multis fit modis:

Deflexione, cū vox è propinquo ad rē proximā detorquet: vt video p intelligo, cōcoquere pro ferre, deuorare p vincere ac perferre. Siquidem in iis id quod est corporis, ad animū transfertur, quo genere nihil est vsitati9.

Ab irrationali ad rationale: vt Terenti. Quid ille gannit? quod vulpium proprium est.

Aut contrà, vt si poetam cygnum, musicū luciniam dicamus, ceu facit Vir.geor.4. dum de apū rep. dicit: Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis Mores & studia, & populos, & prælia dicam.

Ab animali ad animal, vt Virgilius Aenei.ix. Si tantum pectore robur Concipis. Hic à ligno ad hominem translationem fecit.

Aut cōtrà: At procul excelso miratus vertice mōtis. Hic hoīs verticē ad montē traduxit.

Ab animali ad animal, vt Pascentes apes.

Ab ani-

Ab inanimato ad inanimatum, vt si quis syluam scatere dicat, quod est fontium.

Ad hęc quędam translationes sunt reciprocę siue cōmunes, Quas Græci ἀκολούθας vocant. Nam vt pro gubernatore recte dixeris aurigam, ita & pro auriga gubernatorem. Quædam vnius duntaxat partis, quas illi ἀνακολούθας appellāt. Siquidem vt recte pro mōtis cacumine verticē dixeris, ita nō recte p vertice cacumen ad hoīem traduxeris.

Atq; hoc loco admonitū te velim lector amice, trāslationem vnam esse, quæ in loco adhibita, ingens decus addat orationi. Quare cōsultum fuerit, insignium metaphorarū vim ex optimis autorib9 ānotatam comparare. Sūt autem (inquit Rotero.) apud. M. Tullium optimæ, apud Quintilianum plurimæ. Sed & nos (si deus aspirarit) in volumē iustū diligēter congerem9 ex vtriusq; liguæ autoribus insignes trāslationes, modo alius quispiam non anteuertat.

κατάχρησις Catachresis, Verbo℞ abusio,

quæ

quæ non habentibus nomen suum, accōmodat quod in proximo est, vt si parricidam appelles, nō qui patrem occiderit, sed aliâs hominem quemuis.

μετάληψις Metalepsis, Trāsumptio. Ea est (inquit Roterod.) vbi gradatim itur ad id qđ ostenditur. Virg. in. 1. Speluncis abdidit atris. Nigræ enim intelliguntur, ex nigris tenebrosæ, ac per hoc in pręceps profundæ, Verum huius tropi vsus magis incidet in carmine, quàm in oratione soluta.

μετονυμία Metonymia, id est, Transnominatio, cum inuentorem pro re inuenta ponimus, vt sine Cerere & Baccho friget Venus, dixit Comicus. Quod si vertas, erit durius, vt vinum precemur pro Baccho. Vel cum continens pro eo quod continetur vsurpamus: Nunc pateras libate Ioui. Vel è conuerso: Vina coronāt, pro poculis dixit Maro. Vel cum dominus rei pro re ipsa ponitur: vt De sene gustarit, pro de pecunia senis. Vel cū ex effectu efficiens accipimus: vt Palida mors

æquo

æquo pulsat pede pauperũ tabernas, Regũq; turres Vel cum ducem pro his qui subsunt: vt cæsus Annibal. Vel cum autorẽ pro opere: vt Terentius semper in manib9 habend9.

ἀντονομασία, Antonomasia, Ea est nominis permutatio, vt si quis pro Achille Pelidẽ dicat, Pro Iunone Saturniam, quemadmodũ Vergilius & Hora.

ἐπίθετον Epithetõ, id est appositũ, quoties proprium nomen adiecto aliquo quasi vestitur, vt At pius Aeneas: sæuus Hector: formosus Alexis, apud Poetam.

συνεκδοχὴ Synecdoche, Quam Cicero ĩtellectionem vocat, quoties ex vno plura intelligimus, vt Romanus prælio victor, pro Romani. Ex parte totum, vt mucronem pro gladio: retroq́; vt ingens à vertice pontus. Ex specie genus: Iracundior Adria, p quouis mari dixit Horatius. Ex materia rem confectam, vt ferrum pro gladio. Ex præcedentibus sequẽtia, vt virgineam soluit zonã, id ẽ deuirginauit. Breuiter, cũ aliud ex alio intelligi=

telligitur, vt vixerunt pro mortui sunt, exclamauit Orator.

ὀνοματοποιΐα, Onomatopœia, Nominis cõfictio soni imitatione, Clangorq́ꝫ turbarũ Virgilius. Tinnire, balare, mugire, & reliqua quæ significandi gratia pro tẽpore fingimus.

ἀλληγορία Allegoria, quam inuersionẽ interpretantur, cũ aliud verbis, aliud sensu ostẽditur, ac nonnunquam contrarium.

Species nominantur hę	Aenigma Parœmia Ironia Sarcasmus Astysmus Mycterismus Antiphrasis Charientismus.

αἴνιγμα, Aenigma, Obscura quędã allegoria, magis vitium Quintiliano quàm virtus, cũ dilucide dicere virtutis nomine cõmẽdetur. Hinc opinor motus Diomedes, & vitiis &

virtutibus connumerat. Cuius exemplum aptissimum extulit Hesiodus Georgicorũ. I. πλέον ἥμισυ παντός. Quod Plato lib. de legibus tertio, exponit multis uerbis. Quæ omnia huc tendunt, Satius esse ἀδικεῖσθαι quàm ἀδικεῖν. Hoc est, iniuriam pati quàm inferre.

Παροιμία Parœmia, id est adagium (definitore magno illo Erasmo) dictũ celebre aliqua nouitate insigne, vt Lupus est in fabula. Terentius cum silendum moneat. An aũt hęc finitio huic loco quadret, qui velit ex Erasmi Chiliadibus inquirat: Diomedes certè & Donatus allegoriæ speciem faciunt.

εἰρωνεία, Ironia, Illusio quę non ex verbis, sed vel pronunciatione vel persona vel rei natura intelligitur, vt Heus tu bone vir, curasti probe. Terentius in And.

Σαρκασμός Sarcasmus, Iocus amarulentus atq; hostilis derisio. vt En agros, & quam bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacẽs Aeneidos duodecimo.

ἀστυσμός Astysmus, Vrbanitas, orationis quasi

quasi festiuitas. vt Qui Bauiũ non odit, amet tua carmina Mœui, Atq; idem iũgat vulpes, & mulgeat hircos. Virg.

μυκτηρισμός Mycterism⁹, Simulat⁹ risus, sed tamen non latens: quod Persius Naso suspendere vocat. μυκτὴρ enim Græcis (autore Iulio Polluce) nasum significat.

ἀντίφρασις Antiphrasis, Vnius verbi ironia, vt bellum dicitur, quod minime bonum & Hieronymus monachum quendam Vigilantium κατ᾽ ἀντίφρασιν vocitat.

Χαριεντισμός Charientismus, Quo duriora, re ipsa, gratiosis verbis molliuntur. Terẽt Bona verba quæso, cum pistrinum deprecaretur Dauus. quod Plato de rep. primo ἐυφημεῖν dicit.

Et hæ iã dictæ, sunt allegoriæ species.

Περίφρασις Periphrasis, Latine (tametsi inuito Fabio) circumlocutio, est fusior & copiosior rei descriptio, aut ornandæ rei gratia, quæ pulchra est. vt Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris incipit,

n ii & dono

& nodo diuum gratissima serpit. Aenei.2. Aut tegendæ gratia quæ turpis: Placidumq; petiuit Cõiugis effusus gremio p mẽbra soporẽ.

ὑπέρβατον Hyperbatõ, Trãsgressio quędã verborum, ordinem cõmunem perturbans.

Cuius species: Anastrophe, Dialysis, Diacope, Synchysis, Hysteron proteron.

ἀναστροφή Anastrophe, Reuersionem dixeris: est verborũ tantũ ordo præposterus, vt mecum, secum. pro cum me, & cum te. Italiam contra, pro contra Italiam. apud Virgiliũ in primo.

Διάλυσις Dialysis, siue παρένθεσις Parenthesis, Ordinis dissolutio per interpositam sententiã, vt Aeneas (neque enim patriam consistere mentem Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten.

Διακοπή Diacope, siue τμῆσις Tmesis, Dissectio, cũ scilicet dictionis composita iũctura

solulitur

solutur aliquo interposito, vt septē subiecta trioni, Cum septemtrioni dicendum fuisset.

σύγχυσις Synchysis, Cōfusio. Est enim quoties ordo omni ex parte turbatur: Treis not⁹ abreptas in saxa latentia torquet, Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras. Habet aūt ordo hoc modo autore Donato, Treis naues abreptas notus torquet in saxa, quæ Itali vocant aras.

ὕστερον πρότερον Hysteron proteron, siue ὑστερολογία Hysterologia, cum id quod secundo loco fit, priorem in orationis ordine possidet. Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Aenei. primo.

ὑπερβολή Hyperbole, Autore Fabio, Dementiens est superiectio, vt quæ fidem non mereatur, vel augēdi gratia, vt O cyor euro vita nostra, apud Horatium dicitur: Vel minuendi gratia, vt Testudine tardior. In quo tropo monet Quintilianus modum in primis seruare oportere, ne in κακοζηλίαν vitium suprà notatum nos inducat.

ἔμφασις Emphasis, Siue cum latens aliquid vnà significatur, siue expressior denotatio. Hæc cum multis fiat modis, hunc habet præcium, quoties fixum pro mobili ponitˉ, vt scelus pro scelesto.

ὁμίωσις Homœosis, Ignotæ rei per eius quæ magis nota est similitudinem, expressio.

Cuius genera recensentur Icon, Parabole, Paradigma.

εἴκων Icon, Imago, cum quippiam ad imaginem alterius rei quasi describim⁹, vt os humerosq́ꝫ deo similis. Hic enim ad dei imaginem, Aeneam comparauit poeta.

παραβολή Parabole, Quā Cice. collatione interpretatˉ. Ea est (inquit Donatus) rerū genere dissimiliū cōparatio. Plato in Euthyphone: Iuuenum in primis rationem habere conuenit (nam sic transponimus) vt in optimos viros adolescant, haud aliter, ac prudētē agricolā teneriusculis plātis primā curā adhibere decet, deinceps vero & alias nō negligere.

παρά-

παράδειγμα Paradigma, cum ex historia res aliqua narratur, qua velut exemplo accendimur & ipsi hmōi vel facere vel vitare. Cuius vsus tam est frequēs, cum apud poetas tū apud oratores, vt minime opus videatur exēpla in medium afferre.

Quidam præter tropos etiam ad orationis virtutes φράσιν pertinere putant, quam χρονογραφία, τοπογραφία, τοποθεσία, αἰτιολογία, ἐπανόδω, καταλόγω, συλλογισμῶ, ἀποστροφή, atq; id genus aliis constare putant, quæ nos finitionibus minime explicabimus: partim q̄ propius ad orationis copiā attinere videantur, partim q̄ ipsa etymologia & prima (quod aiunt) fronte quod rerum sint, præ se ferant: partim etiam, quod nostri instituti angustia non sinit Chrysippæum hunc aceruum explere

F I N I S.

GEORGIVS MAIOR CANDIdo lectori salutem.

COntraximus hic in figurã quandã Phi lippi Melanchthonis rhetoricas institutiones, non infrugiferam studiosis adolescentibus fore arbitrãtes: Partim quod omnia arcta & succincta facilius tum intelligantur, tũ altius ac tenacius memoriæ infigi & insculpi soleant, quàm quæ sparsa & tanquã in campo diffusa sunt: Partim, vt aliquid scripturi, hac tabella ob oculos posita, statim rhetorici artificii admonerẽtur. Adiũximꝰ & figurarũ ordines, quibꝰ oratio tanquã flosculis & stellis exornari solet. Neq; vero temere citra autoris cõsiliũ hãc emisimus. Iã siquis vel exẽpla desiderat, vel figurarũ definitiões, is ex autore ipso requirat. Malim tñ exẽpla ex fontibꝰ, videlicet Cicer. & aliorũ eruditoꝝ orõnibꝰ peti. Quare optime lector, operam nr̃am boni consule Vale.

hoc librorum genus importunitate cuiusquam sibi è manibus extorqueri. Bonam operā nauauit adolescens, qui totum de Copia cōmētariū in hanc tabulā cōtulit, & oculis subiecit, vt memoriā adolescentium adiuuaret. Valete.

IN ERASMI LIBRVM DE copia tabulæ.

Q. M. Soris Camnati

TRIPLEX EST COPIA

videlicet Dictionum Orationum Sententiarum.

DICTIONVM COPIA

Dictionum copia, quæ fit singulis vocabulis consistit in Synonymia, quæ est, cum diuersa verba eandem omnino rē declarāt, vt

Ensis gladius:

Domus, ædes

Sordida

Huc pertinent quoq;.

Sordida
Inusitata
Poetica
Prisca
Obsoleta
Dura
Peregrina
Nouata.

ORATIONVM COPIA

Orationum copia multas habet variādi rōes

Videlicet

Enallagen	I
Antonomasiam	II.
Periphrasim	III.
Metaphoram	IIII.
Allegoriam	V.
Catachresim	VI.
Onomatopœiam.	VII.
Metalepsim	VIII
Metonimiā	IX.
Synecdochen	X.
Aequipollentiam	XI,

Com=

Comparatiua.	XII.
Relatiuoꝝ cõmutationẽ.	XIII.
Amplificationẽ	XIIII
Hyperbolen	XV
Diminutionem	XVI.
Compositionem	XVII
Constructionem.	XVIII.
Mutationem figuræ	XIX.

1. Enallage est, cũ voce modice deflexa, varietatis nõ nihil cõciliatur. Cõstat autem potissimũ duobus modis,

Partis mutatione

Qualitatis nouatione.

Partis mutatio fit, cũ permutatur verbũ

Nomine,
Participio,
Supino.

vt

Non dubito, non est mihi dubium.
Amãtẽ redama, redama eũ quite amat.
Venit vt eripiat, venit ereptum.

Qualitatis nouatio fit, cũ mutatur aut

Numerus
Persona
Genus.

Roma.

Roman9 ꝑlio victor, ꝑ Romani victores: vt Quid facias? Vt homo est ita more͂ geras: Lachrymat, pro lachrymatur.

2. Antonomasia est nominis permutatio, vt Aeacides pro Achille. Nonnunquam epitheton pro ipso nomine ponitur. Liuius: Abundat multitudine hominum Pœnus. pœnus, pro Annibale.

3. Periphrasis rem quæ breuius significari potuisset, lati9 oste͂dit: vt Troiani belli scriptor, pro Homero.

Constat autem
- Etymologia, cum nominis rationem explicamus.
- Notatione, cum accidentium indicio aliquid significatur.
- Finitione, vt pro rhetorica bene dicendi ars.

4. Metaphora est quæ vocem propriam ad cognatam transfert. Hanc putat M. Cicero tanquam stellis quibusdam illuminare orationem planeꝗ lumen orationi afferre. Sumuntur autem metapho-

Defle-

Deflexione
Irrationali ad irrationale
Rationali ad irrationale
ræ ab Animali ad non animal
Non animali ad animal
Animali ad animal
Inanimato ad inanimatum

Deflexio, quoties vox è propinquo ad rē proximā flectitur, vt Videre pro Intelligere, Audire pro Obtēperare

Ab irrationali ad rationale, vt Liuius: M. Portius Cato q allatrare Scipionis magnitudinē solebat. Terentius: Quid ille gānit? qđ vulpium proprium est.

A rationali ad irrationale, vt si perfidū, vulpē dicamus,

Ab animali ad nō animal vt Ridet ager
Parturit arbos:
Ambo florētes ętatib.

A nō animali ad animal, vt
Viridis ætas.

Ab ani-

Ab animali ad animal, vt Pascentes apes. Oratio fluit.

Ab inanimato ad inanimatum, vt Sylua scatet.

Sunt aũt quædã metaphoræ ἀκολουθαί, vt gubernator & auriga, quæ possunt cõuerti

ἀνακολουθαί, vt vertex qđ recte ab homine ad montem transfertur: Cacumen, qu od montis est, non item.

5. Allegoria est, multorum verborum continuata metaphora, vt iugulum petere, pro eo quod est, Causæ caput aggredi.

6. Catachresis est verbi abusio, vt cum dicimus Parricidam, qui matrem aut fratrẽ occiderit.

7 Onomatopœia fictio nominis dicit̃, vt Taratãtara. Huc pertinet Paragoge, id est, deriuatio nouo℞ verbo℞ ex analogia sũpta, vt Syllaturire, pSyllę mores imitari.

8 Meta-

8. Metalepsis, cū ex vno significato aliud col-
ligitur, vt Speluncis abdidit atris. Nam ni-
græ intelliguntur, & ex nigris obscuræ, &
per hoc in præceps profundæ.

9. Metonymia est trāsnominatio. Fit aūt
Inuentorem Inuēto
cū poni pro
mus Continens Cōtēto
primi Sine Cerere & Baccho fri-
Exēplū vt (get venꝰ
secūdi Epotos cados, Seculū fœlix.

Fit præterea & aliis quibusdam modis.

10. Synecdoche (quā intellectionē vocāt) cū in
Vno plures Pœnꝰ fugatꝰ, ꝑ Pœni
telligi- vt
mꝰ ex Parte totum Mucronem ꝑ gladio

Placet, Displicet,
11. Aequipollentia, vt non
Accipio Recuso,

12. Cōparatiua, quæ copia nascit̃ ex cōtrariis:
Prius habet lucrum quàm honestum.
Posteriꝰ habet honestū quā lucrū
o Posterius

Vxor illius esse non vult
Non vult illum maritum.

13. Relatiuorũ cõmutatio, vt
Non alium mihi patrẽ optẽ,
Nullius malim esse filius.

14. Amplificatio est cũ verbũ atrociꝰ subiiciꝰ mꝰ loco ꝓprii, vt cũ dicimꝰ
Latronem pro Improbo,
Occisum pro Cæso.

Ad auxesim pertinẽt
Scelus
Monstrum
Pestis
Labes.
&c.

15. Hyperbole, vt
Ocyor euro,
Vox astra ferit.

16. Diminutio, cum qui pulsauit, dicimus attigisse. Interdũ μείωσις sapit hyperbolen, vt
Vix ossibus hærent,
Breuior pygmæo.

17. Compoſitio ſita eſt in his fermè figuris, Aſyndeto, Polyſyndeto, Syzeugmeno, Epanalepſi, Synonymia.

Aſyndeton, ut Veni, vidi, vici.
Polyſyndeton, vt Tectumq́ꝫ laremq́ꝫ.
Syzeugmenō, quoties ad vnum verbum plures ſententiæ reſpondent.

Fit aũt trifariã, Cũ Præponitur, Sequitur, Interponitur.

vt Defloreſcit forma vel morbo vel ætate,
Vel morbo vel ætate forma defloreſcit,
Aut ætate forma defloreſcit aut morbo.

Epanalepſis, Nihil ne te nocturnum pręſidiũ palatii, nihil vrbis vigilię, nihil timor populi, nihil concurſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſim9 habẽdi ſenatus locus, nihil horũ.

ora vultus'q; mouerunt! Cicero in Catilinam

Synonymia, vt
Vicit timorem audacia,
Rationem superauit amentia,
Libido pudorē expugnauit,

18. Cōstructio, vt
Multū pudorē, multū pudoris:
Scripsit mihi, scripsit ad me.

19. Mutatio figuræ, quoties alio atq; alio affectu pronunciatur oratio.

Fit aūt sæpe per
Interrogationem
Ironiam
Admirationem
Dubitationem
Adiurationem
Abominationem
Exclamationem
Occupationem
Subiectionem.

Interrogatio: Nihil te est vanius, an quicquā te vanius!

Ironia: Non ista curat populus, id populus curat scilicet

Admi-

Admiratio: Magnum bonum porto, Dii boni, boni quid porto?

Dubitatio: Tūdeos cōtemnit tū hoīes, haud ſcio magis ne deos cōtemnat an homines.

Adiuratio: Nihil mihi carius fama, diſperеam ſi quid mihi carius fama.

Abominatio: Eſt vir impurus, ò hominē impurum. Hoccine ſeculum, ò ſcelera, ò genera ſacrilega, ò hominem impium.

Occupatio: Virgines cōplures ſtuprauit, Vt interim de Veſtali inceſtu polluta ſileam.

Subiectio: An quod adoleſcens præſtiti, cum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutem ac retexam? Nō faciam. Cicero epiſtolarum familiarium libro. XI.

Sententiarum copia.

LIBER SECVNDVS

Sententiarum copia eſt, cum oratio ampliſſi-

Enumerationem II.
Hypotyposim III.
Egressionem IIII.
Epitheta V.
Circunstantias VI.
Anplificationem .:. VII.
Propositiones VIII.
Probationes IX.
catur p Tractationem locorū cōmuniū virtutum ac vitiorum X.
Locos communes XI.
Exempla XII.
Tractationem exēplorum XIII.
Exempla fabulosa XIIII.
Expolitionem XV.
Apologos XVI.
Somnia XVII.
Fictas narrationes XVIII.
Multiplicationem partium rhetoricarum. XIX.

Totius in partes,

1. Distributio est vel

Gene-

Generis in species.

Totius in partes — Tot⁹ mõstrũ est

Pilosæ genæ, dentes putridi, fœdi oculi: supercilia, frons, vultus denique totus barbarus est.

Generis ĩ species, vt — Luxuria cum omni ętati turpis, tum senectuti turpissima est.

II. Enumeratio, cũ enumerantur rei

- Occcasiones
- Causæ
- Consilia
- Acta
- Euentus
- Præcedentia
- Consequentia

III. Hypotyposis cõsistit descriptiõe

- Rerum
- Personarum
- Locorum
- Temporum

Hypotyposis rerum consistit in	Circunstantiis Collationibus Similitudinibus Dissimilitudinibus Imaginibus Metaphoris Allegoriis Epithetis Fabulis Gētiū formis & moribꝰ Fabulosis descriptionibꝰ

Horum exempla passim multa habes. In primo Liuii, vbi Albæ excidium describitur. Apud Fabium libro.8.capite.3.de enargia.

Hypotyposis personarum quæ depinguntur	Genere. Natione Patria Sexu Aetate Educatione

pinguntur à — Disciplina
Studiis
Habitu corporis
Fortuna
Animi conditione.

Exēpla sunt plurima. Apud Liuiū libro primo Decadis tertiæ depingit Annibal, Et libro nono Decadis quartæ M. Portius Cato. apud Sallustium Catilina, & plerique alii.

Hypotyp. locorum est duplex — τοπογραφία vera si est — τοποθεσία ficta

Vera, vt apud Maronē Carthagin. et portus descriptio. Ficta, vt ap. Oui. dom⁹ Famæ

Hypotyposis tēporū cōprehēdit descriptiones — Veris, Hyemis, Autumni, Aestatis, Vindemię &c. itē Qualitates, tēporū, Pacis Belli, Seditionū, Turbationum &c.

IIII. Egressio adhiberi solet gratia, — Laudādi, Vituperādi, Ornandi, Præparandi, Expositio=

Sumitur à superiori-bus locis — Expositione rerum gestarum, descriptiõe locorum & apolo. Locis communibus, cum dicimus in luxuriam, auaritiam &c. & contrà, cum laudamus virtutes, continentiam. &c.

V. Epitheta sumunt̃ ab oib⁹ fortũę cõmodis
Animo, Corpore, Bonis externis
Genere, Opib⁹, Forma, Virib⁹, Patria, Actu, Euentu.

VI. Circũstantiæ sunt duplices, vt — Rerum / Personarum.

Rerum, vt Causa, Locus, Occasio, Instrumẽtum, Tempus, Modus &c.

Personarum, vt Natio, Patria, Sexus, Aetas, Educatio, Disciplina, Habitus corporis, Fortuna, Conditio, Animi natura, Studium, Anteacta, Commotio, Consilium Nomen.

VII. Amplificatio — Incremento / Comparatione / Ratiocina

constat Ratiocinationē
Congerie
Correctione.

Incremento, vt Cicero in Verrem: Facinus est vinciri ciuem Romanum, scelus verberari, propè parricidium necari, quid dicā in crucem tollere?

Comparatione, quæ fit fictione & exēpli collatione.

Ratiocinatione, vt Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totiꝰ corporis firmitate, tautum vini exhauseras &c.

Congerie, Verborum scilicet & sententiarū.

Correctione, Cicero in Verrē: Non enim furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitię in vestrum iudiciū adduximus.

VIII. Propositiones sumunt ex his, quę sunt
Vulgaria,
Propria causæ.

Exempla sunt longiora quam quę hic possint recenseri.

IX. Probationes quas Græci πίστεις appellāt sunt partim ἄτεχνοι, quæ ducuntur à præiudiciis, Rumorib9, Tormentis, Tabulis, Iureiurādo, Testib. partim, ἔντεχνοι quę comprehendunt τεκμήρια, σημεῖα Ab argumentis ducuntur, quæ sunt duplicia

Personæ sūt hæc: Gen9, natio, patria &c.

Rei sūt: causa, loc9, facultas, antecedētia etc.

X. Tractatione locorū cōmuniū, virtutū & vitiorū, q̃les sūt, Iustia Iniustitia: Pax, bellū: Luxuria, Continentia, Auaricia, Diuitiæ, paupertas, Voluptas, Leges, Amicitia, Pietas.

XI. Locos communes, seu argumēta quę ducūtur à Finitione, Etymologia, & ab his quæ ad naturam definitionis pertinēt: Genere, Specie, proprio. Differentibus, partitione, Diuisione, Exordio, Summa, Incremento, Inductione similium & dissimilium, Contrariis, Repugnātibus. Conseq̄ntibus, Relatiuis. Causis. Euentis, Comparatione

ratione quæ sumitur à Maiore, Minore, & pari: Iugatis, Fictione, Causæ propriis. Exemplis quæ adhibentur aut vt Similia, Dissimilia, Contraria: aut vt Maiora, Minora, Paria. Huc pertinent Fabulæ, Apologi, Prouerbia, Iudicia, Parabolę. Collationes &c.

XII. Exempla, quorū vim q̄ maximam maximeq́; variam comparare & in promptu habere conueuit.

XIII. Tractatione exemplorum quæ augentur Cōmendatione, quę sumit̃ vel à rei vel ab autoris laude vel gētis, vnde ducit̃ exēplum. Exaggerationib9, atq; amplificationibus, Parabola, Cōparatione vbi demonstratur exēplū esse mai9, Min9, Par. (Huc pertinent εἰκόνες Imagines, Inductiones, Iudicia, Prouerbia, Sententię, Noemata, Epiphonemata, Contentio demonstratiua.) Collatione quæ fit per simile, Dissimile, Cōtrariū, Par, Maius, Min9.

XIIII. Exempla fabulosa, quæ eadem ratione

ne & fusius & contractius exponi poterunt, si res ac decor patietur.

XV. Expolitio fit cõmutatione verborũ, pnũtiatiõis et tractationis. Copiosissima autem expolitio constat septem partibus

- Propositione
- Ratione
- Duplici sententia
- Contrario
- Simili
- Exemplo
- Conclusione.

XVI. Apologi, qui eodem modo dilatari aut verbo tantum significari poterunt.

XVII, Somnia quibus utimur aut in ostentatiõe, vt est Luciani somniũ: aut pro veris aut hortandi deterrendiu'e gratia.

XVIII. Fictę narrationes, quã maxime fieri potest, adveri similitudem in componantur oportet

XIX, Multiplicatio partiũ rhetoris

- Exordium
- Narratio
- Propositio

rhetoris

rhetoricarum, quæ ſunt Confirmatio
Confutatio
Peroratio

Exordium habet locos
- Fauorem
- Attentionem
- Docilitatem

Narratio creſcit ἐπιδιηγήσι & egreſſionē, quæ debet eſſe quaſi finis narrationis.

Propoſitio dilatat̃, ſi pro ſimplici, duplici vtemur: ſi argumētis obiter interiectis, & affectibus accenſam proferemus.

Confirmatio conſtat probationibꝰ q̃ creſcunt
- Labefactatione
- Præparatione
- Aſſeueratione
- Excurſionibus per amplificationem.

Labefactatio fit duobus modis: Propoſitiōibꝰ quæ ſunt ſingularū partiū collectiones ſeu cōcluſiones: cū ita proponimꝰ, vt ipſa orationis figura fidē abrogemꝰ aut conciliemꝰ.

¶ Tabularū in copiā Eraſmi Finis.